



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIO IVRIDICA
DE
FIDE FRACTA,

GERMANIS:
Was Rechtens, wenn Wort und Zusage zwischen Hohen
und Niedrigen in Kauff, Tausch, Mieth, Ehe, Friedens
und andern Fällen nicht gehalten wird.

Q V A M
P R A E S I D E
P E T R O M V L L E R O, I C T O,
CONSIL. SAX. ET ANTECESSORE

IN AUDITORIO ICTORVM
AD D. XXVIII. MAII ANNO MDCLXXXIV.

H A B E B I T
I A C O B V S H A R D W I G Q V E S T
G V E L P H E R B Y T A N V S.



I E N A E,
REC. TYPIS IQ. BERNHARDI HELLERI, 1742.

V. CCCXXXVII. 2. 8.



I. N. D. N. I. C.

PROOEMIUM.



*F*iducia, que in societate politica prestari debet ad Reipublice conservationem, pars precipua est fides, que in pactorum promissorumque observatione consistit, que etiam constantia in pactis promissisque appellatur. Hanc Persæ & Arabes tantifecere, ut humanam societatem cum fide tolli crederent, ac contra utilitatem fides ipsis semper antiquior fuerit, Alex. ab Alexandr. Ut inde recte dixerit Ulpianus in l. 1. pr. de pactis, nihil tam congruum esse humane fidei, quam ea, que inter eos placuerunt, servare, & grave esse fidem fallere, Imperator in l. 1. pr. C. de const. pecun. Quippe una fide res hominum stant, sublata corruunt. Vere & solida opes non tam consistunt in iis, que vulgo optantur, quam in hoc venerabili sanctoque bono. Imperio & obsequio summa & maxima rerum contineri constat. Nec ulla navis, ulla uspiam Domus, ulla Respublica, ullum sub sole regnum est, quod non utraque hac columna nitatur. At utrumque, & precipue obsequium, qui est alter cardo rerum, prius fide censetur, quam ulla industria, dexteritate, peritia Fides est summa summis rebus firmitas. Et ideo humano generi est loco salutaris numinis. Ast vix uspiam fides est firma, parum abest, quin ubique sit fluxa. Ipsi regnantes, cum undique hominum flore circumfusi per publicum incedant, cum tot millia hominum imperio regant, sepius vix ullum inveniunt, cujus fide niti possint. Usque adeo difficilis est jactura fidei, usque eo abroganda & vulneranda fide quotidie dirumpuntur humane vincula societatis. Hinc tot lites, quibus familia diu cont. it a

evertuntur, hinc illa jactura, quae nullis opibus aestimari aut pensari possunt, hinc illa clades, quibus humanum genus se conficit.
 Carol. Pasch lib. de virtutibus & vitiis cap. 31. *Hodiernum imprimis seculum a deo fide nudatum est, ut merito jam conqueri possimus si tem evanuisse in auras, prouti versiculi nostro idioma te conscripti indicant, qui leguntur in Dn. Præsidis tract. de Annulo Pronubo §. 2. Ævum & homines mihi ignorare videtur, qui aliter sentit. Inter quos enim vivimus? nempe argutos & malos, & qui Ciceronis (pro Roscio) verbo ex fraude, fallentis, mendacis, constare toti videntur. Ulti enim omnia vitia nostro ævo, sic fraus, simulatio, dolus, succrevit; & pessimum amicitia venenum blandicia fallaces. Infida ubique omnia & simulata. Contingit itaque sæpius fidem frangi; Quid autem ex eo factò alteri queritur, aut quid frangens sibi acquirit? Vox juris est: Fidem frangenti fides non est servanda. Cujacius in c. pervenit 3. de jurejur. per textum l. 21. § 1. ff. de inoffic. testam. & Roland. à Valle consil. 57. n. 20. lib. 1. dicit banc regulam esse generalem, quæ procedit etiam si in minimo fides deficiat Puteus decil. 357. in fin lib. 3. ubi dicit, quod propter unum minimum capitulum non servatum obstat exceptio agentis: & etiam si intervenerit juramentum, Roman. consil. 244. Jusjurandum enim tacitam conditionem habet, si is, cui datur, si tem non violaverit l. 132. ff. de V O. Ac frustra legis auxilium implorant, qui in leges delinquant. l. 37. in fin. ff. de minor. Mutua enim fides ita conjuncta est, ut nullam recipiat divisionem, sed una sit propter aliam, & una cessante, cesset & altera Casp. Klock tom. 3. consil. 150. n. 100. & tom. 1. consil. 12 n. 43. Unde etiam est, quod nullus, qui se sub conditione aut respectu alicujus rei consequenda tacite vel expresse obligavit a adversario si tem servare teneatur, si eam ipsemet non servaverit l. 21. C. de pactis, ubi Impp. Diocletianus
 & Ma-*

Et Maximilianus adversario transactione uti non permittunt, nisi ea, que placuerunt adimplere, (quia illud, quod erat implendum fuit causa finalis ipsius contractus l. 6 C. de pact. inter emt. & vendit l. fin. de condict. cons. data caus. non secuta) paratus sit. Abbas ad cap. 3. X. de jurejur. n. 3. Hieron. Pantschman. l. 1. qu. 21 n. 1. & 75. Tum, quia frustra quis fidem postulat ab eo servari, cui fidem à se prestitam servare recusat. c. frustra 75. de R. l. in 6to l. 21. C. de pactis. tum quod in quacunque promissione intelligitur conditio: nisi ex alterius culpa aliud evenerit. Bart. in l. 3. in pr. C. de naut. foen. de qua fidei contraventione seu fide fracta in presentiarum cum DEO agere constitui, consideraturus Capite I. Evolutionem nominum Et descriptionem fidei fracte. II. Fidem fractam à Superioribus datam paribus. III. Fidem fractam à Magistratu datam subditis Et vice versa. IV Fidem fractam à Domino datam Vasallo Et vice versa. V Fidem fractam à Dominis datam servis, à Patre, Liberis, Et vice versa. VI. Fidem fractam conjugum sibi invicem datam. VII Fidem fractam contrahentium inter se. VIII. Fidem fractam in judicio agentium. IX. Fidem fractam hostibus, piratis, Et praetoribus datam. X Fidem fractam delinquentibus datam. XI. Fidem fractam ab his, qui Urbedam jurarunt.

CAPVT I.

complectens

Explicationem Terminorum.

THESIS I.

DERIVATUR Fides à verbo Fio: Dicitur enim ab eo, quod fiat, quod promissum est dictumve ab alio Cicer.

de offic. I. & libr. de Republ. Fides nomen ipsum mihi habere videtur, cum fit quod dicitur.

Th. II. Varie vocabulum fidei accipitur; ve
Theologicæ pro iis, quæ sperantur, fundamentis, seu fi
duciali in primis assensu eorum, quæ ad salutem sunt ne
cessaria, hosque fideles appellamus, qui in Dominum
& Redemptorem nostrum JESVM CHRISTVM credunt
aut credere se profitentur. Et sic pro religione accipitur
in tit. C. de summa Trinitate & Fide Cathol. Civiliter sumi
tur pro auctoritate & confirmatione, *tot. tit. ff. & C. de fid
instrument.* vel pro cautione *l. 12. pr. C. de prox. sacr. scrip*
vel pro justitia in rebus creditis *Cicer. in paradox.* vel pro
defensione, auxilio & tutela, sic quis dicitur in fide esse *Cu*
jacius de Feud. lib. 1. & clientes dicuntur esse in fide patro
norum, & populi fœdere inferiores in fide ejus, qui digni
tate ac potentia est superior, quo modo dictum illud Sci
pionis Africani Majoris *apud Liv. 26.* accipiendum: *Popu*
lum Romanum beneficio quam metu obligare homines malle, ex
terasque Gentes fide ac societate junctas habere, quam trist
subjectas servitio, vel pro cautione, sic dicitur fide alicuju
sumere, i. e. non sua, sed alterius cautione, *Spieg. in lex*
vel pro fidejussore, *uti Cicero pro Flacco* dicit: fide alteriu
pecuniam mutuam sumere, est dato fidejussore sumere
Fide sua jubere, i. e. sponsorem se constituere & pericu
lum in se suscipere; vel pro salvo conductu, sic dare fi
dem publicam alicui, *einem sicher Bleite geben*, dicit
Cicero pro Catilina, vel denique pro eo, quod verum au
firmum est, quo sensu describitur à *Cicerone I. offic.* quo
sit dictorum conventorumque constantia, & veritas *Co*
ras. de Jur. Civil. in art. form. redig. p. 2. c. 7. & in hoc signi
ficatu hic accipitur. Quibus addendum, quod Fiden
divini

divinis honoribus coluerint Romani. Ædes ejus in Capitolio fuerunt, ut *Plin. lib. 35. natural. histor. innuit. Cic. l. 3. de offic.* Fidem vicinam Jovi in Capitolio & in *2. de Nat. Deor.* ab Attilio Calatino consecratam ait, *Rosin. l. 2. antiq. Rom. c. 18.* ibique Demster. putat, quod, (Autoritate Plutarchi & Dionysii, quibus etiam accedit Livius) dicendum sit à Numa Pompilio primam ipsi ædem consecratam eandemque vetustate collapsam ab Attilio Calatino restructam aut novam exstructam esse.

Th. III. Vox fracti apud Classicos Autores usurpatur pro rupto. Ita & Cicero *orat. pro C. Rabirio* dicit *frangere fidem* & sensus idem est cum illo, quod Claudianus dixit *d. rapt. proscrip.* rupissent elementa fidem. Suetonius dixit labefactare fidem, & Tacitus officere fidem *3. Histor. cap. 65.* cui opponitur fidem servare.

Th. IV. *Fides fracta* describitur, quod sit *contraven-
tio dictorum conventorumque.*

Th. V. Fides alia est publica, alia privata *vid. Vin. de pact. c. 2.* & publica fides etiam dicitur in causa privata, ratione publicæ personæ, *textus est in l. 6. C. de re judicat.* quamvis non sit ipse princeps, sed saltem Magistratus *Nov. 17. cap. 6.* alia est expressa; alia tacita; alia pura; alia conditionalis; alia motu proprio; alia ad implorationem & preces fit; alia generalis seu universalis, quæ ad omnes; alia particularis, quæ ad aliquem pertinet; alia jurata; alia non jurata.

CAPVT II.

De Fide fracta Superiorum Paribus data.

THESIS I.

PRINCIPVM simplex verbum tantum valere debere,
quan-

de offic. I. & libr. de Republ. Fides nomen ipsum mihi habere videtur, cum fit quod dicitur.

Th. II. Varie vocabulum fidei accipitur; vel Theologice pro iis, quæ sperantur, fundamentis, seu fiduciali in primis assensu eorum, quæ ad salutem sunt necessaria, hosque fideles appellamus, qui in Dominum & Redemptorem nostrum JESVM CHRISTVM credunt aut credere se profitentur. Et sic pro religione accipitur *in tit. C. de summa Trinitate & Fide Catbol.* Civiliter sumitur pro auctoritate & confirmatione, *tot. tit. ff. & C. de fid instrument.* vel pro cautione *l. 12. pr. C. de prox. sacr. scrip.* vel pro justitia in rebus creditis *Cicer. in paradox.* vel pro defensione, auxilio & tutela, sic quis dicitur in fide esse *Cajacius de Feud. lib. 1.* & clientes dicuntur esse in fide patronorum, & populi foedere inferiores in fide ejus, qui dignitate ac potentia est superior, quo modo dictum illud Scipionis Africani Majoris *apud Liv. 26.* accipiendum: *Populum Romanum beneficio quam metu obligare homines malle, et terasque Gentes fide ac societate junctas habere, quam tributis servitio,* vel pro cautione, sic dicitur fide alicujus sumere, i. e. non sua, sed alterius cautione, *Spieg. in le* vel pro fidejussore, *uti Cicero pro Flacco* dicit: fide alteri pecuniam mutnam sumere, est dato fidejussore sumere. Fide sua jubere, i. e. sponsorem se constituere & periculum in se suscipere; vel pro salvo conductu, sic dare dem publicam alicui, *einem sicher Bleite geben,* dicitur *Cicero pro Catilina,* vel denique pro eo, quod verum & firmum est, quo sensu describitur à *Cicerone I. offic.* quo fit dictorum conventorumque constantia, & veritas *Cras. de Jur. Civil. in art. form. redig. p. 2. c. 7.* & in hoc significatu hic accipitur. Quibus addendum, quod Fidei

divinis honoribus coluerint Romani. Ædes ejus in Capitolio fuerunt, ut *Plin. lib. 35. natural. histor. innuit. Cic. l. 3. de offic.* Fidem vicinam Jovi in Capitolio & in *2. de Nat. Deor.* ab Attilio Calatino consecratam ait, *Rosin. l. 2. antiq. Rom. c. 18.* ibique Demster. putat, quod, (Autoritate Plutarchi & Dionysii, quibus etiam accedit Livius) dicendum sit à Numa Pompilio primam ipsi ædem consecratam eandemque vetustate collapsam ab Attilio Calatino restructam aut novam exstructam esse.

Th. III. Vox fracti apud Classicos Autores usurpatur pro rupto. Ita & Cicero *orat. pro C. Rabirio* dicit *frangere fidem* & sensus idem est cum illo, quod Claudianus dixit *d. rapt. proscrip.* rupissent elementa fidem. Svetonius dixit labefactare fidem, & Tacitus officere fidem *3. Histor. cap. 65.* cui opponitur fidem servare.

Th. IV. *Fides fracta* describitur, quod sit contravenio dictorum conventorumque.

Th. V. Fides alia est publica, alia privata *vid. Vin. de pact. c. 2.* & publica fides etiam dicitur in causa privata, ratione publicæ personæ, *textus est in l. 6. C. de re judicat.* quamvis non sit ipse princeps, sed saltem Magistratus *Nov. 17. cap. 6.* alia est expressa; alia tacita; alia pura; alia conditionalis; alia motu proprio; alia ad implorationem & preces fit; alia generalis seu universalis, quæ ad omnes; alia particularis, quæ ad aliquem pertinet; alia jurata; alia non jurata.

CAPVT II.

De Fide fracta Superiorum Paribus data.

THESIS I.

PRINCIPVM simplex verbum tantum valere debere, quan-

quantum privatorum hominum Jusjurandum sæpenu-
 mero dicere solitum fuisse Alphonsum regem sapientissi-
 mum, in ejus dictis factisque, memoratur à *Panormitano*
lib. 1. & ipse Nicolaus Machiavellus *in lib. de Principe cap. 18.*
 videtur summopere commendare fidem; dum dictum
 caput ita exorditur: *Quam sit omni laude dignum in princi-
 pe, pactam fidem servare, atque vitæ integritatem sine ullo ma-
 lo retinere, nemo est, qui non intelligat, ut eum defendere*
non dubitaverit Schuppius in Orat. de opinione p. 2. Verum
 quam subdole agat Machiavellus, ex eodem capite pate-
 scit, ubi non semper fidem servandam statuit, & quodli-
 bet negotium utile futurum esse Reipublicæ, si modo co-
 lore honestatis vestitum sit, tradit, sic enim loquitur:
*Cum sint duo genera certandi, unum jure legum, alterum per-
 vim, cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confu-
 giendum ad posterius, si non satis est, uti priori. Proinde ne-
 cessarium est, ut Princeps rectum utriusque & belluæ & homi-
 nis usum teneat.* Pergit: *Principi tum vulpis tum leonis mo-
 res assumendi sunt.* Demum iterum: *Jam vero nunquam*
*hominibus defutura sunt cause, quibus in violatam fidem colo-
 rem inducant. In hanc rem fere infinita possent recentia pro-
 ferri exempla atque ostendi, quot pacis fœdera, quot promissa*
& convexta fuerint perfidia irrita & vana; qui vero sagacior
*fuit, ut vulpinum ingenium exprimeret, ei felicius omnia acci-
 derunt.* Ad quem Machiavelli locum auguratur Con-
 ringius, à Lyfandro Lacedæmoniorum duce versatissimo
 (qui dicere solitus est, *referente Plutarcho in apophthegmati-
 bus: quo pertingere pellis leonina non potest, ibi assumenda*
vulpina) hanc leonis & vulpis imaginem mutuata esse.
 Verum addit: Lyfander ille usus est isthac parcemia, in
 commendatione fraudum, injustitiæ & violentiæ, qua
 homo

homo, nulla honesti & inhonesti cura, modo utile videretur, adhibebat. Itaque illo Lylandri & Machiavelli sensu in Principatibus juste partis exempla isthæc belluarum vere non inveniunt locum. In hac schola edocti sunt, qui impie dicunt: *Pejera si vis regnare: Fides Mercatoribus convenit: Qui fœdera rumpit, ditatur, qui servat, eget: Decipere pro moribus temporum, prudentia est: Quidvis agendum, hostica delenda vis est: Sane perfidia societatis humanæ pestis, sicuti fides ejusdem fundamentum est.*

Th. II. Fide fracta in Principe vel Republica nihil turpius excogitari potest, cum non dedecus tantum, sed & perniciem sibi accersant: Quis enim cum perfidiosis Rerumpubl. hostibus societatem colat, queis nec ara, nec fides, nec ulla firma pactio est? Perjuri isti nec divinam ultionem, neque humanam infamiam timent, dicit *Aristotcl. in Rbetor. ad Alexandr.* Equidem nemo hisce in terris est, qui pœnam tantis hominibus fidem frangentibus statuere possit, cum non agnoscant superiorem, Deus tamen perfidiæ vindex est acerrimus, qui non potest fractam fidem non punire, cum fides pactorum sine mendacii turpitudine peccatoque frangi nequeat *Andreas ab Exea in tr. de pact. n. 453.* Summus autem Deus mendacium magnopere averfatur *Levit. 19. v. 11. & seqq. Proverb. 11. v. 21. Malach. c. 1. v. 4.* adeo, ut mendaces & dolosos exitio perdat sempiterno *Psalms 5. v. 7.* Huc pertinet Siliii Italici exclamatio *lib. 13.*

*Fœdera, Mortales, ne sevo rumpite ferro,
Sed castam servate fidem! Fulgentibus ostro
Hac potior regnis. Dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes relinquere amici,
Non illi domus, aut conjunx, aut vita manebit*

B

Unquam

*Unquam expers luctus, lacrymaque. Aget equore semper
Ac tellure premens, aget agrum nocte dieque
Despecta & violata fides.*

Exemplo sit Uladislauſ Hungariæ Rex, de quo *Berneggerus in obseruat. miscell. obs. 23.* Pax, ait, decennalis inter Uladislauſ Hungariæ, & Amuraten Turcarum Reges erat sancita, & jurejurando nostris in Evangelio, illis in Alcorano firmata: Verum haud multo post rupta, turpiter instinctu Juliani Cardinalis, Legati Pontificii, negantis valere foedus inconstituito Papa cum hostibus religionis percussum. Amurates itaque, cum suos in pugna Varnensi ab Uladislao Rege, qui violato foedere prior bellum fecerat, non sine magna cæde fugari conspiceretur, ad expiandæ fidei violatæ piacula, ad ulciscendam Christianorum perfidiam, & ad rescissæ pacis jus vindicandum, de promtum è sinu codicem initi foederis explicuit, intentis in cœlum oculis, ingeminans: Hæc sunt, Christe crucifixe, foedera, quæ Christiani tui mecum percussere, per nomen tuum sancte jurarunt: datamque sub nomine tuo fidem perfide violarunt: *Nunc Christe, si tu es DEVS, ut ajunt, tuas measque injurias hic ulciscere: & his, qui nomen tuum nondam agnovere violata fidei pœnas ostende.* Vix his dictis pugna, quæ primum anceps, inclinare cepit; ac primum proceres, Episcopi Varadiensis, & Agriensis, mox Julianus legatus, violatæ fidei vasa, autorque cecidere. Postremo Rex Uladislauſ ipse telorum imbre confertissimos inter hostes prostratus est: Cujus caput abscissum hastæque affixum, Amurathes pro vallo itatuit, cum aterba hæc exprobratione: Tales justus Deus pœnas, exauditis Turcarum imprecationibus, à perfidis Christianis exegit. Poeta Regem de se ipso loquentem inducit in lapide sui monumenti:

Romu-

Romulida Cannas, ego Varnam clade notavi.

Discite mortales non temerare fidem.

Me nisi Pontifices jussissent rumpere fœdus,

Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.

Haud absimile est Borbonii exemplum, qui extorta à Mediolanensibus triginta millium coronatorum summa milite illam provinciam se continuo evacuaturum promisit, Deum veneratus, nisi fidem servaret, ut prima ab hostibus explosa pila funestum ipsi procuraret interitum; directo Romam itinere emissis ab obsessis globo pyrobolico transverberatus diem clausit, fœdus quidem violavit, divinam evitare vindictam non potuit. *Fr. Guicciard. lib. bistor. 5.* Plura exempla eorum, quibus fracta fides malecessit, vide in *Dn. Præsidis Præsidis Domus illustris c. 9. post. 7.*

Th. III. Præterea fide publica data, fracta ab altero, alter fœdus, pacem vel inducias servare non tenetur, quia promittens pœnam vel quicquid aliud, intelligitur promittere, in quantum alius servat, quod promisit, unde si ille non servat promissum, nec iste ad observantiam tenetur *cap. frustra de R. I. in 6to.* Sed primus incidit in pœnam, pacem violando vel inducias, ergo secundus non tenetur, quod *Panormitanus* tradit in *cap. quemadmodum not. 3. X. de jurejurando Speculat. sub rubr. de Treuga & pace. Castrens. in l. semel mora ff. solut. matrimonio.* Evidentius *Abbas* in *c. 1. de Treuga & Pace* hoc declarat, docens, quod uno pacem vel Treugam frangente, alter impune eandem frangere possit. Idque ex natura correlatorum; quæ enim mutuo se ponunt, unius destructione necessario pereunt, cum relationis natura requirat simultatem, non quidem in formali habitudine, sed in necessariæ connectione, quoad fundamentum & terminum, qui sine illo esse

esse non potest, maxime negata ratione fundandi. Spe-
ctat huc, quod notant Dd. *in c. 75. de R. I. in 6to*, eum, qui
contractus correspectivi fidem non implet, adversam
partem hoc ipso liberare & fidei vinculum tollere: in
correspectivis enim unum alteri inest, *l. 7. §. 5. & 6. ff. de
pact. l. 40. ff. de rebus cred.* Ita quidem ut unus idemque
actus non diversus esse censeatur, nec unus sine altero ju-
dicari possit *l. 137. pr. de V. Oblig.* nec debeat diverso jure
censeri *arg. l. 23. ff. de usucap.* ita ut ex uno sumatur argu-
mentum & interpretatio ad alterum *Decius late consil. 245.
& consil. 336.*

Th. IV. Quod adeo verum est, ut, licet mediante
juramento conventum promissumque sit, ne foedere ab-
eatur, fide ab uno fracta, alter citra perjurii ac perfidia
crimen à foedere discedere possit: Tacita enim conditio
inest juramento, ut hoc non censeatur obligatorium, *si
fides frangatur*, nec nisi rebus sic stantibus, in eodem statu
manentibus, *c. 3. & 25. X. de jurejur.* cum verisimiliter, si
de tali casu interrogati fuissent contrahentes, non juras-
sent, *Decius cons. 335. n. 3.* Et propter status alterationem
non obstant juramenta in eam rem facta *Zasius in l. stipula-
tio hoc modo oi ff. de V. O. n. 35.*

Th. V. Non solum autem, si quoad omnia, quæ
in foederibus aliisve conventionum generibus fides fracta
sit, licet servanti recedere à foedere vel pace, sed etiam, si
unicum saltem foederis caput ab altero etiam in minimo
fractum sit, tum ex natura conventionum, quarum esse
perimitur, eo quo constat genere *l. 35. de R. I.* Partis au-
tem violatione licet non totum foederis violetur, violatur
tamen totum foedus; uti formæ etiam minimæ ommissio
vel mutatio vitiat actum. *Hartm. Pistor. obs. 222. n. 27.* uti in
cithara

cithara si vel unica fides discrepat vel rumpitur, concertus & harmonia tota perit : Sic foedus non nisi exactissima voluntatum & animorum convenientia consistit. *Sinolt. cognom. Schütz de Statu Rei Rom. vol. 2. disp. 12. tb. 6. lit. D.* tum vi causarum effectui esse dantium & conditionum ; hæc sicut in esse nihil ponunt & individua ob formam, quam continent regulariter habentur, ita non adimpleta in minimo quamvis, totum actum annihilant, *l. 56. ff. de condit. & demonstrationibus.*

Th. VI. Quæ vero de fide fracta in minimo articulo dicta sunt, limitantur, quando aliter à confœderatis conventum est, ne ob quasvis v. g. offensas discedere statim liceat à foedere. Quemadmodum in pacificatione Pyrenica artic. 21. & in pace ab Anglis cum Batavis anno 1654. facta *art. 16.* legitur, ibi : *Si ab ullo contra hoc foedus aut ullum ejus membrum quicquam fiat, aut tentetur, amicitia hæc, foedus & societas, non idcirco interrumpentur, aut infringentur, verum integra nihilominus perstabunt, vimque suam plenariam obtinebunt. Tantummodo illi ipsi, qui contra foedus prædictum commiserint, singuli punientur, & nemo alius, justitiæque reddetur & satisfactio dabitur.*

Th. VII. Ut autem fides publica fracta esse dici possit, considerandum est, num actus publicus, puta imperii aut rati habitationis accedat, qui demum accessisse creditur, si qui deliquerint, nec puniantur, nec dedantur, quod, si unus vel pauci in aliena republica adversus alienam Rempublicam peccent, ac insciis vel ignorantibus Magistratibus aut propter inopiam potentia impedire non valentibus peccetur, fides fracta ab universitate dici nequit, nec ob id bellum est inferendum ; Utenim respublica vel universitas de delicto teneatur, requiritur, ut

omnes de universitate, vel major pars communicato consilio & precedente deliberatione fidem rumpant. *Bartol. ad l. aut facta §. ult. ff. de pœnis. Panormit. in cap. dilectus 2. de Simonia.* Quando vero cæteri manifestæ perfidiæ desinunt obviare, eique resistere, neque in exilium mittunt delinquentes, ratificatio exinde colligitur ac per hanc taciturnitatem & conniventiam delicti participes redduntur, etsi illud nullo communicato consilio sit patratum, cum voluntas hominis etiam in non facto declaretur; *Cravett. conf. 9. n. 10. Menoch. de recup. poss. remed. 15. n. 125.* Ut multo minus dubitetur expressa subsecuta ratificatione universitatem perfidiæ ab aliis vel singulis commissæ participem reddi, hæc enim ratificatio mandato æquiparatur. *l. 169. de R. I.*

Th. II. Q. Si fides ab altera parte frangatur durante induciis, num læso liberum sit, etiam sine indicatione ad arma venire? Sunt, qui negant; cum induciæ fiant ad tempus, quibus finitis adversarius illatas sibi injurias ulcisci possit, ut propterea videatur expectandus temporis lapsus; in Pace vero, quæ perpetua est, fracta fide offensus nunquam potest ulcisci injuriam acceptam post pacem; Quemadmodum officialis perpetuus potest conveniri durante officio, quia alias non daretur tempus, quod expectandum sit attendita perpetuitate officii, secus est, si officialis sit temporalis, qui non convenitur durante officio, cum sit jus salvum parti, ut eum postea conveniat, per *l. principalibus 33. ff. de reb. cred. adde Grot. de J. B. & P. lib. 3. cap. 20. n. 58.* Verum cum frangens inducias intelligatur promittere pœnam, vel quicquid aliud permittere in quantum alius servat, quod promisit, Abbas in *cap. 1. de Treug. & Pace*, dicendum videtur, quod uno sive pa-

cem

cem five inducias frangente, alter impune eam easve frangere possit, cui opinioni patrocinator *Anton. Corsetus in tract. de privileg. pac. n. 35.* propter regulam indistincte loquentem *in d. cap. pervenit* & *l. cum proponas 16. C. de pactis.* tum, quia ille, qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet. *gloss. 1. in l. si non fuerit ff. de jurejur. tum,* quia pax & induciae æquiparantur quoad fidem servandam. *per cap. novit. X. de judiciis.* Licet enim differentia sit inter tempus in pace & induciis, jure tamen non cavetur, ut non servanti inducias, ultio post terminum induciis præfixum elapsum differenda sit, sed altera pars innocens in continenti non teneatur frangenti fidem induciarum, eandem ipsi servare.

CAPVT III.

De Fide fracta à Magistratu data Subditis & vice versa.

THESIS I.

MAGISTRATUS ob conventionis placitum adstringitur subditis, qua ipse ei, quod leges reputarunt in civibus æquum semet accommodat, ut ista obligatio sit naturalis. Et quod *Franc. Patric. lib. 1. de regis institut. 8. tit. 20.* de Principe prædicat, id de omni Magistratu dici potest, scilicet: *tanto splendore fulget in Principe fides, ut sine ea virtutes Regis & Principis omnes fiant obscuriores; Ab ea enim singula accipiunt lumen, ut luna atque reliquæ stellæ à sole.* Imo sola fidei interpositio illustrium personarum loco juramenti est *c. ad aures 3. X. de bis, quæ vis metusve causa fiunt. c. pervenit 3. de Jurejur. Gasl. 1. obs. 59. num. 1. & seqq.*
Myu-

*Mynsing. 1. obs. 17. Carpz. p. 2. const. 16. d. 5. & licet magistratus præsertim sub ingressu muneris sui expresse non promittant, se fidos fore subditis, cum tamen fidelitatis iuramentum seu homagium præstent, illos hos fidos esse convenit, cum actus sit correspondivus Bocer. de Regal. p. 484. n. 44. multo magis, si quid promiserunt **ben Fürstlichen, Gräflichen, Adelichen Ehren/ Treuen und Glauben/** ista fides æquipollet iurijurando *Bobadilla in polit. lib. 2. c. 17. n. 52. in gloss. lit. C.* prout hoc ex Germanorum candore invaluit. *Besold. in thesaur. pract. lit. T. in verb. Treu und Glauben/* quamvis contravenientes perjurium non committant, cum prolatione talium verborum non insit iuramentum inspecto ordinario & morali modo hominum talia verba proferentium; ad observationem tamen contractus maxime tenentur, neque gaudent remediis rescissoriis, *Felin. in c. præterea 2. de sponsal.* Solet præterea Magistratus fidem dare **beym Worte der ewigen Wahrheit/** cui promissioni factæ absque insigni nota impietatis & salva conscientia contravenire nequit; Quamvis enim non sit solenne iuramentum, quippe quod non nisi verbis conceptis atque consuetis judicialiter & corporaliter præstatur; Obtestatio tamen divini Numinis jurantem adstringit *Franzk. in comment. ad tit. ff. de Jurejur.**

Th. II. Magistratui itaque & Superioribus fidem subditis datam etiam Rebellibus servare convenit, licet eam publica necessitate cogente promiserint, id, quod *Consil. Reg. Hisp. Joann. Baptista Larra Hispanus allegat. 119. n. 24.* svadet; *Principi, dicens, consulerem nunquam, ut desisteret à fide data, sive contracta, cum nullum sit Principis preciosius pignus, quam ejus verbum & fides, qua non observando vilescit.* Et graviter *Anton Diana part. tract. 3.*

Resol

Resol. moral. 15. infert exclamando : *Sed bone Deus ! si hoc esset verum , licere scilicet fallere fidem , quis cum Rege contra-beret tandem !* Imo , si Princeps aliusve Magistratus cum Rebellibus qua talibus egerit , atque hoc modo poena iis fuerit remissa , fides data servanda est. *Hugo Grot. l. 3. de J. B. & P. cap. 19. §. 4.* Fides enim sal est regiminis præservans à corruptionibus cunctis. Sæpius enim princeps è tempestate ut emergat , instructus de omnibus casibus , in quas illum fortuna adversa conjicere potest , damnum minus eligit , quando majora evitari nequeunt *Lebleu disp. de factionibus tb. 82* , uti *Naucerus* solet , qui ab omni salutis spe derelictus , obluendo tempestate , aut dextre illa utendo explorat litrus , & navi terram petit , ubi , si illa frangatur , vitam tamen & merces habet salvas. Fortitudo enim principis non in resistendo solum consistit , sed in eo etiam , ut expendat pericula , & cedat minoribus , si majora superari non possint. Sicuti enim prudentiæ est prævenire , ita fortitudinis & constantiæ , æquo animo tolerare , id quod declinare non potuit prudentia. *Didac. Savendra. symbol. pol. 37.*

Th. III. Neque Magistratus sub prætextu , quod vi aut metu fidem semel datam frangere potest , cum publica pacta non ex regulis juris civilis , qua talis , sed ex communi omnium gentium jure sint desumenda , nec non definienda , à quibus in quovis contractu non solum dolus omnis debet abesse , uti *Baldus* monet *consil. 263. & 327.* Sed & reliqui apices juris *Cephal. consil. 37. n. 20. & 21.* Nam in his veritas sola spectatur , non autem fides post subtilitatem , sicuti optime scribit *Alber. Gentil. de jur. bell. lib. 2. c. 4.* Ut taceam pratorium illud edictum , quo gesta per metum in integrum restituantur , non pertinere ad metum

C

eum,

eum, qui incutitur ab hoste publico, sed qui à cive civi infertur.

Th. IV. Fides à Magistratu subditis data eaque fracta fomitem ad defectionem præbere solet; Uti alias causa belli justa habetur pactorum violatio, & posse propterea jure se arma capere persuasi sint subditi. Notatum dignum exemplum est apud Florum *lib. 2. cap. 15.* in Carthagenensibus; Cum enim Manilio Censorinoque consulibus, populus Romanus aggressus esset Carthaginem spe pacis injecta, traditam à volentibus classem sub ipso ore urbis incendit: Tum evocatis principibus, si salvi esse vellent, ut migrarent finibus imperatum. Quod pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent. Comploratum itaque publice statim & pari voce clamatum est: *ad arma! seditque sententia quoquo modo rebellandum*: Non quia spes ulla jam superesset, sed quia patriam suam mallent hostium quam suis manibus everti. Ut in usum novæ classis tecta domusque resciderint, in armatorum officinis aurum & argentum pro are ferroque conflatum sit, in tormentorum vincula matronæ crines suos contulerint. Idque eo magis si fides circa religionis tolerantiam data sit fracta, acerbè moveri solent subditi ad rebellandum; Nihil enim magis infixum est hominum animis quam religio. Quis nescit in Pannonia & Bohemia tumultus gravissimos esse exortos. Cum enim libertas religioni Protestantium data, male imprimis haberet Ecclesiasticos Romanensibus addictos, adeo, ut templa quædam recens ab Evangelicis structa Brunovix & Clostergrobii aut occlusa essent aut solo æquata; Proceres, qui à Romanensi Christianismo discesserant, adversari legibus à Rudolpho & Matthia latis contendebant, Præsul
 contra

contra Pragensis, & Abbas Brunoviensis suo in territorio nullum aliis ædificandi jus esse, ac proinde recte punitos suæ ditionis Protestantes, Cæsar appellatus non obscure præsulibus favebat. *vid. Lundorp. p. 1. de bello Bobem.* Ita etiam, cum Rex Magnæ Britanniæ *Carolus I.* formulam rituum sub nomine *Liturgiæ* edidisset anno 1639. & omnes in Anglia, Scotia & Hibernia, ad observationem ejus compellere & severioribus pœnis adigere præcepisset, Scoti se opposuere acrius, & librum, *Liturgiæ* adversum, sub titulo *Harmoniæ confessionum* edidere, quem etiam adversus Episcopos & Regem ipsum armis defenderunt. Scilicet animis hominum non ita imperatur, ut corporibus & singulis membris. Mentitur Rex Deus est, dicit Augustinus. Cætera quidem omnia inquit Thuanus *in præfat. super histor. ad Henricum IV.* civilis magistratus arbitrio atque adeo Principis sanciantur, sola religio non imperatur, sed & veritatis opinione, accedente divini numinis gratia bene præparatis mentibus infunditur, vide, quæ Maximilianus II. ad Lazarum de Svendi scripsit *apud Arum. jur. publ. tom. 4. p. 244.*

Th. V. Omnium gravissima quæstio est: *Num subditis fide à Magistratu fracta subjectionem ei denegare, adversus eum arma sumere, imo occidere fas sit?* Equidem laudat Cicero *Pbil. 2.* quam sit pulcrum, beneficio gratum, fama gloriosum Tyrannum occidere. Neque desunt inter eruditos, qui hodiernum, quantum in se, extenuare magistratus sanctitatem haud verentur; Inter quos eminet Marsilius de Menandrino, qui Patavinus cognominari solet, in *Defensore Pacis*; Georg Buchananus Scotus, celebris Poëta, in Dialogo de jure Regni Scotiæ; Innocentius Gentilletus in *Anti-Machiavello*; Marius Salomonius,

monius, iudicio Tiraquelli vir plane juris & humanitatis doctissimus, in suis de Principatu libris, quos Leoni X. Pontif. Max. consecravit; Gvil. Rossæus seu Wilhelmus Giffortus in libr. de justa Reip. Christian. adversus Reges impios & hæreticos animadversione, justissimaque Catholicorum ad Henricum Navarræum & quemcunque hæreticum à regno Galliarum repellendum confœderatione, Cujus farinæ atque carbone notandum scriptum est illud, sub titulo: Stephani Junii Bruti Celsæ Vindicis contra Tyrannos, de cujus autore variæ sunt eruditorum suspiciones, vid. Placcium in *Synt. de scriptis & scriptoribus anonymis atque pseudonymis in append. Anonymor. lit. B.* Sic Mariana de *Instit. Reg. lib. 1. cap. 6.* expeditam viam esse docet, si publici conventus facultas detur, communi consensu quid statuendum sit deliberare, fixumque ac ratum habere, quod communi sententia steterit: Monendumque tunc esse Magistratum; at si omnia monita detrectaverit, posse imperium ejus detrectari, bellum moveri, tandemque publicum hostem declaratum ferro perimi. Eandem facultatem esse cuicunque privato, qui spe impunitatis abjecta, neglectaque salute in conatu juvandi Rempublicam ingredi voluerit. Si etiam publici conventus facultas sublata sit, eum qui votis publicis favens, Tyrannum perimere tentaverit, haud quaquam inique facere. *Quid enim Thrasibuli nomen gloria ad cælum evexit, nisi gravi triginta Tyrannorum dominatu patriam liberasse? Qui Hermodium & Aristogitonem dicam? Quid utrumque Brutum? Quorum laus gratissima memoria potestatis inclusæ, & publica autoritate testata est. Multi in Domitium Neronem conspirarunt conatu infelici, sine reprehensione tamen ac potius cum laude omnium seculorum. Sic Cajus Chereæ con-*

jura-

juratione perit, monstrum horrendum & grave: Domitianus Stephani: Caracalla Martialis ferro occubuit. Prætorianæ Heliogabalum peremerunt, prodigium & dedecus imperii ipsiusmet sanguine expiatum piaculum. Quorum audaciam quis unquam vituperavit, ac non potius summis laudibus dignam duxit? Alia exempla è sacris & profanis tam antiquioribus quam recentioribus historiis afferuntur, in *D. Beckmanni Dissert. de non abutendo nomine Principum cap. 1.* Verum versutia Ciceronis in ipsius perniciem adhibita est; turpissimum facinus, cum Cæsar viginti tribus vulneribus occideretur, præsertim quod Romani fidem publicam Cæsari dederint juramentoque obligaverint obsequium. Nemo Tyrannus unquam tantum Reipublicæ nocuit, quantum Brutus & Cassius, Tyrannidis, ut videri volebant, expulsores. Nam id exemplum parricidas peperit, qui toties deinde fata Principatus & seculi temerarunt *Bæcler. dissert. in Sveton. Cæsar. n. 35.* Ut proinde dicendum sit, etiamsi Magistratus fidem publicam frangat & in scelera ruat, proceribus tamen populoque non licere Magistratum imperio abutentem vel bello coercere, vel judiciis damnare, vel pœna afficere, cum sancta sit Magistratus persona; qui autem obsistit potestati, Dei ordinationi obsistit, tum vero, qui obsistunt, sibi ipsis condemnationem accipient, dicente Paulo *Rom. 13.* & potestas circa arma, judicia, pœnas, ceu jura Majestatis populo, Majestate destituta nulla ratione competit. Equidem, si Magistratus non nisi suorum civium exitium quærat, possunt se subditi naturali jure defendere, & resistere sceleris ministris, ita tamen ut hoc in casu personæ Principis parcat. Et licentiam subditis datam Magistratui pravo resistendi exitio esse Reipublicæ recte docet *D. Gerbarius in*

tract. de Magistr. polit. n. 484. Quis scævior Nerone? quis truculentior Caligula, qui unam populo Romano optavit cervicem, quo uno ictu possit amputari? Quis immānior Vitellio, qui nihil suavius olere dixit, quam civem occisum? Et tamen Paulus his temporibus vivens ac scribens *d. l.* diserte enunciavit, quod, qui resistunt ejusmodi potestati, ordinationi Dei resistant. Personæ vitia non tollunt officium.

Th. VI. Quemadmodum vero subditi contra datam fidem agunt, si invito domino, vel in ejus præjudicium se in alius transferant jurisdictionem, *Socin. conf. 39.* Sic Princeps fidem frangere videtur, si subditos invitos alienet, cum subditos debeat tractare sicut pater liberos, *l. si quis filium C. de inoff. testam.* aut subditos alienare, non est tractare eos ut filios, sed ut servos; hinc infertur, prohibitam esse de jure communi alienationem *Curt. Jun. consil. 174.*

Th. VII. Subditi fidem frangunt ac juramento homagiali contraveniunt, si consiliis, quæ ad perniciem tendunt dominorum, intersunt: vel quicquam faciunt quod in Magistratus damnum redundet vel contumeliam; *arg. cap. un. § si vero qual. jur. deb. Vasall. & si tali modo fidem frangant subditi, rebelliter vivere dicuntur Decius in cap. sane class. 2. n. 3. X. de offic. deleg.*

Th. VIII. Huc quoque trahendum est, subdito fidem frangere, quando eos Magistratus sub pœna perjurii, ut indicent omnia, quæ possident bona collectioni gratia obstrinxerit, si indicanda non indicant. Nequæ est, quod subditi existiment injustum etiam tributum impositum ab ipsis non esse solvendum, vid. quos hanc rem inducit *Thomas Hurtado resol. moral. tract. 3. cap. 3.*

74. Subditorum enim est iussa capessere atque obedire, etiamsi lex dura sit, cum de essentia legis non sit, ut sit iusta, nec permittendum subdito, ut de legis iniustitia, nisi manifestam contineat impietatem, disceptet. Bene hanc in rem *Hadrianus Saravia de imperandi autor. lib. 2. cap. 54.* ait, *præceptum Domini occurrat: Si quis tibi tuam tunicam capere voluerit, dimitte ei & pallium: si te angariaverit, ut eas mille passus, ito alia duo millia.* Hæc ut bene intelligantur de privatorum injuriis, melius de oneribus publicis, qua imponuntur à magistratibus, interpretari licet. Nam si patienter privatorum injuria ferenda sunt, multo magis magistratum &c. Ut neque in talibus casibus contra homagialis juramenti fidem datam subditis agere aut in conscientia tutus esse ipsis liceat.

Th. IX. Subditi tamen, si Principi alii cogantur per violentiam & metum præstare juramentum subjectionis, fidem vero novo Magistratui datam frangant, perjurium non committunt; cum fides vi & metu extorta rei illicitæ non obliget *l. 1. l. 3. §. 1. ff. quod vi aut met. caus.* Hinc notanter olim dixit *Bald. ad l. nec si volens C. de liber. caus.* Si Imperator, Papa vel Rex Francorum faceret aliquam civitatem sibi jurare, cum sua non esset, jusjurandum illud non valere; quia tunc hoc faceret instar Tyranni. Inro talis domini ejusdam peregrini invasio & violenta occupatio civitatis, & civium ad jusjurandum illegitimum compulsio non operatur ad subjectionem, ut etiam non purgetur hoc vitium, licet Principis confirmatio accedat. *l. 3. C. unde vi. Gail. obs. 54. n. 8. Keller de offic. jurid. polit. lib. 2. c. 9. in fin. Martin. Mager. de advocat. armat. c. 9. n. 11. in fin.*

Th. X. Fidem quoque frangunt subditi non modo

do omissione, ut si auxilio suo Magistratui belligerant non subveniunt *l. 2. l. 3. vers. quide cum ei ff. ad L. Jul. Maj.* sed etiam conniventia; quando videlicet provinciæ moderator cognito scelere majestatem non vindicat *l. 1. vers. nam post C. de privat. carcer.* Uti & frangunt fidem auxilio & consilio, si consilium subministrent, quo magistratus populi Romani interficiatur, aut quomodo arma contra Rempublicam suscipiantur, *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. maj.* nec non dolo malo saltem curent, ut alius quisquam Rempubl. Romanam lædat *l. 1. §. 1. l. 3. in fin. l. 4. in pr. ff. b. t.* Ipso denique facto frangitur fides, si Magistratum aut occidant, aut manus ei violentas inferant, aut adversus ipsum seditiones excitent, tranquillitatemque turbent, *l. 5. C. ad L. Jul. maj.*

Th. XI. Ob fractam fidem Magistratui datam subditi gravius puniuntur quam delinquentes in non Dominum, ob majus vinculum, quod ad respectum, observantiam, obsequium & fidelitatem eos obligat, vid. *Cardin. Tuseb. lit. S. concl. 712. per tot.* modo delictum sit apertum, nam non facile v. gr. dolum committere erga Magistratum præsumuntur *Bursat. 2. consil. 152. n. 31.* Sic crimen illud, quod læsæ majestatis vel perduellionis dicitur in terrorem aliorum gravissime punitur, vid. *§. 3. Inst. de publ. jud. d. l. 5. C. ad L. Jul. maj. Aur. Bull. Carol. IV. tit. 24. Landrecht lib. 2. art. 13.* ubi speciale quid est, quod, cum regulariter crimen mortalitate extingvatur *l. 1. §. 2. C. de reus vel accus. mort.* hoc tamen in crimine defuncti accusentur *l. 20. de accus. eorumque memoria damnetur §. 3. Inst. de hered. qua ab intest. def.* atque bona fisco applicentur *§. 5. Inst. de hered. qua ab intest. def. A. B. Car. IV. tit. 24.* & quod infortunium liberos maneat, ut illos à materna &

avita,

avita, omnium etiam proximiorum hæreditate atque successione excludat, iisque egestate sordentibus mors solatium sit, vita supplicium *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. maj. vid. DD. ad tit. ff. & C. ibid.*

CAPVT IV.

*De Fide fracta à Domino Feudi data Vasallo,
& vice versa.*

THESIS I.

MVTVA fides est inter Dominum & Vasallum; Ita enim *2. F. 6.* habetur: *Dominus in his omnibus* (scilicet de quibus in præcedentibus verbis ibi dicitur) *fideli suo vicem reddere debet, quod si non fecerit, merito censetur malefidus.* Hinc dicitur: *Getreuer Herr / getreuer Knecht / höld Herr / höld Knecht / Mynsinger. decad. 11. resp. 7. n. 2. seq. Knipschilat informat. de obligatione Domini erga Vasallum quest. 1. n. 8.* Non secus ac in matrimonio fides est conjugii essentialis, ita fides seu fidelitas sequitur essentialiam feudi, unde Vasallus *2. feud. 58. pr.* Domini Coniux appellatur. Et quemadmodum coniugium solvitur per Adulterium & desertionem malitiosam, ita feudum finitur per feloniam, adulteratam fidem & malitiosam desertionem *Dn. Reichelm. dissert. de fide reciproca conjugali Domini cum Vasallo apbor. 8.*

Th. II. Dominus feudi fide fracta & feloniam commissa proprietate feudi privatur *2. feud. 26. §. domino & 27. gl. & DD. in cap. 1. de form. fid.* ubi Ravenna dicit, hoc esse multum notabile *Borcholt. de feud. c. 8. n. 13.* quam regulam esse scribit *Zaf. p. 10. n. 80. facit l. 333 ff. de bon. libert. l. 5.*

§. 1. ff. de jure patron. ejusque rei rationem summam in æquitate positam esse, ut clientela feudalis pari utrinque fide & benevolentia nitatur, scribit Hotom. in disp. feud. 41.

Th. III. Fides à Seniore (ita dominus feudi vocatur 1. feud. 17. 18. & 52. vers. per multas) fracta dicitur & privandus venit, si Vasalli uxorem sponsam vel sororem carnaliter cognoverit Schradet. de feud. p. 6. c. 7. n. 6. si Vasallum criminaliter accusaverit vel sponte testimonium contra ipsum dixerit Rosentb. c. 11. concl. 19. n. 6. Et generaliter fidem frangit Senior, si agit (1) contra Fidelis (ita vocatur Vasallus 1. f. 14. §. 3. tit. 4. §. 6. & tit. 6.) incolumitatem, (2) securitatem, ut si arcana revelet 2. feud. tit. 6. pr. & 2. F. tit. 6. §. fin. (3) honestatem d. pr. vers. honestum & §. fin. 2. feud. 6. (4) utilitatem d. pr. vers. utile & §. ult. 2. Feud. 6. (5) facilitatem, ut si difficilem reddat ipsius causam d. pr. vers. facile & d. §. fin. 2. feud. (6) possibilitatem, ut si possibilia efficiat difficilia, vel impossibilia d. pr. vers. vel possibile & §. fin. 2. feud. 6.

Th. IV. Fide à Vasallo fracta ipsum feudum amittitur 1. feud. 5. quib. mod. feud. amitt. qui enim non vult præstare officium, ad eum non debet pertinere beneficium c. 5. diversis fallacis 5. d. Cler. conjug. Et quod in precedenti thesi de sex capitibus, ad quæ Dominus feudi tenetur, dictum, idem de Vasallo dicendum est, ut Hic eadem semper in memoria habere debeat, ut loquitur Feudista in c. unic. de form. fidel. 2. Feud. 6. Et hæc capitula fidelitati ita insunt, ut exprimantur necesse non sit, sed generaliter ut quis promittat sufficit, uti constat ex cap. unic. qual. Vasall. jur. deb. 2. feud. 5. Rudinger. in meth. jur. feud. tit. 1. cap. 14. n. 3.

Th. V. Proinde frangit fidem Vasallus, si dominum feudi, cum potuerit, non liberaverit, & ob fidem hanc fractam

fractam non immerito feudo privatur *c. unic. §. fin. de alienat. feud. patern. 2. feud. 39.* ut & non minus si in pugna dominum dimiserit, & cum eo non laboraverit, si potuerit *c. un. §. si quis miles de feud. sine culp. non amittend. 1. feud. 21. c. un. §. item qui dominum qua fuit prim. caus. benef. amitt. moriendum potius Vasallo, quam fides exuenda Tacit. Annal. lib. 1. c. 35. n. 6.* cum optimus quisque fidissimus, *Idem in Vit. Agric. c. 19. n. 3.*

Th. VI. Fidem graviter frangit Vasallus, si dominum accusaverit, vel testimonium contra ipsum dixerit; *Vultej. d. feud. c. 11. n. 25.* vel si dominum occiderit, gladio, an veneno *2. f. 24. §. porro.* manibus vel pedibus, capite vel aliis membris *l. 7. §. 1. ff. ad L. Aquil.* nihil interest. Nec refert, utrum reapse id fecerit, an tantum infidias struxerit, cum infidiarum causa de jure feudali jam habeatur pro facto *2. F. 51. §. si voluerit. Schrader. d. feud. part. 9. cap. 4. n. 25.* Vel si alapam infligendo Domini caput lædat, per ea, quæ tradit *Vultej. d. feud. pag. 683.* vel si manum, ceu pominum percussurus levaverit, cum manus levatio sit realis ac gravis injuria, ex qua nascitur injuriarum actio, licet percussio non sit sequuta *l. 15. §. 1. ff. de injur.* ob gravem autem injuriam Domino illatam merito feudum amittitur *2. f. 24. §. porro.*

Th. VII. Fides tamen fracta dici nequit, si Vasallus defensionis suæ gratia dominum occiderit; nam quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure secisse existimatur; nolunt enim, inquit *Oldendorp. class. 1. act. 2. in pract. n. 3. in fin.* leges injuriam intolerabilem defendere prætextu reverentiæ; & reverentia debetur respectu fidelitatis, qua sublata tollitur quoque reverentia Vasalli. Neque fides frangitur, si Vasallus Dominum in adulterio

uxoris suæ deprehensum occiderit ; cum paria delicta mutua compensatione tollantur *Cragius in tract. de feud. p. 363. & 364.* Neque fides fracta habetur, si juravit se opetias laturum domino contra omnes ipsius hostes & contra seipsum eas non fert ; Nam notissimum est juris naturæ & civilis principium, quod ordinata charitas à se ipsa incipiat *c. si non licet 9. caus. 23. qu. 5.* & sicut primam fidelitatem primo domino ; ita primam charitatem sibi quisque Vasallus debet *arg. l. 6. ubi gloss. C. de servit. & aqv.* Hinc in generali sermone seu obligatione persona loquentis semper excepta præsumitur *l. 18. C. de solut. l. 10. ff. comm. præd.* Vasallus itaque dum fidelitatem contra omnes juravit intelligitur saltem sensisse de aliis ; imo si tempore investituræ de auxilio contra seipsum ferendo expresse dictum esset, procul omni ambiguo huic reluctatus esset ; generali autem promissione non continentur, quæ peræque non promittenda essent, etiamsi specialis de iis interrogatio institueretur, vid. *Andr. Kobl. in tr. de servit. feud. 3. n. 30.* Neque fides frangitur, si Vasallus ob impedimentum id, ad quod tenetur, præstare nequit ; Huc referenda est absentia Vassalli modo sit justa, ob quam ita excusatur, ut ne quidem procuratorem mittere cogatur, qui ipsius nomine fidelitatem præstet, *arg. l. sed & si per prætorem §. fin. ff. ex quib. caus. maj. Vultej. d. feud. c. 7. n. 47.* qui pluribus videatur.

Th. II. Q. Num Dominus feudi à Vasallo fide fracta & feudo per feloniam commissio propria autoritate feudum ad se recipere, num sententiam expectare debeat ? Prius negatur ; sed debet procedere causa cognitio & sequi sententia condemnatoria *l. f. 21. verb. sine cognita culpa & 21. verb. damnatur Schrader. de feud. p. 2. p. 9. pr. sect.*

g. imm. 4. Cum in jure non sit dispositum, quod Vasallus tali casu ipso jure amittere feudum debeat, igitur nec sine lege quicquam temere statuendum *Nov. 28.* præsertim cum in causæ cognitione Rei consistat defensio, quæ ipsi adimi nequit *l. 3. ff. de J. & J. l. 1. §. 11. ff. si quadrup. paup. fec. dic.*

Th. IX. Quod si Prælatus fracta fide feudum amittat, non nocebit hoc Ecclesiæ, ut propter culpam sui prælati proprietate perpetuo carere cogatur *arg. c. hac sunt 2. F. 40. l. jubemus C. de SS. Eccles. c. cum apostolica X. que fiunt à prælat. Curt. Jun. 2. q. 9. n. 2.*

Th. X. Fidem fractam sequens pœna remittitur à domino feudi *vel expresse*, renunciando ei, quilibet enim favori pro se introducto libere potest renunciare *l. si quis 29. C. de pact. Rosenthal. d. feud. c. 10. concl. 38. n. 7. vel tacite*, utpote, si dominus post culpam commissam Vasallum iterum investit *Sylvian. de Feud. recogn. qu. 80.* vel si dominus indistincte servitia respectu feudi debita post fidem fractam recipit per ea, quæ tradit *Alex. cons. 14. n. 10. Schrader. d. l. vers. octavo.* Nec quicquam dominus sibi consulit, si fidei fractæ non ignarus servitia recipit facta protestatione, utpote quæ est factio contraria, & nihil operatur *Sylvian. d. feud. recogn. qu. 81.*

Th. XI. Si dominus feudi pœnam fidei fractæ remittit vasallo, remissio ista præjudicat agnatis simultaneous investitis; quoniam jus agnatorum magis in spe, quam in re, h. e. querendum potius, quam quæsitum est, ut domino in præjudicium agnatorum culpam condonare liberum sit, *Mervius cons. 90. n. 211. Schrader p. 6. c. 2. num 82.* præsertim si fractio fidei dominum saltem concernat, non vero agnatum, ut propterea ille sine hoc culpam remitte-

se possit *Mev. d. cons. n. 204.* Modo sententia non sit lata, eo enim casu in præjudicium agnatorum culpa remitti nequit, & in extraneum culpa commissa sit privatione feudi digna, sic mox devolvitur ad agnatos *2. feud. 37. Carpzov. p. 3. c. 27. d. 1.* In casu tamen remissæ culpæ manet feudum antiquum *Stryk. in exam. jur. feud. cap. 3. qu. 20.*

CAPVT V.

De Fide fracta à Dominis data Servis, Ministris, Officialibus, à Patre Liberis data, & vice versa.

THESIS I.

GENERALITER domini, quicumque etiam sint, (quorum appellatione etiam illi nobis veniunt, qui imperium ab aliis acceptum exercent) fidem promissam servare obstricti sunt, adeo, ut si contraveniatur, parens, seu cui iusta capessere fas est, vinculo suo liberari videatur idque ex natura correlativorum. Hinc si dominus promittens servo seu famulo certam mercedem, eam vero ei non solvat, fides data frangitur, & fraudans eum mercede, sanguinem ejus effundere dicitur *c. immolans. c. 14. qu. 5.* Quo casu servus potest se servitio subtrahere, atque officium judicis implorare *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 7. n. 1. & seq.* Imo, si moram in solvendo committit dominus, ex conducto actione contendens, eo judicio, quod est bonæ fidei, debitam mercedem cum usuris solitis consequetur famulus, per ea, quæ rescribit *Antonius Epicteto l. 2. C. de locat. conduct.*

conduct. Contra, fide fracta doloque commisso servos poena severior manet *Wesenbec. in parat. ff. de publ. judic.* Nam fides data eos astringit, ut, cum dominus familiares ac domesticos sibi quasi fecerit, seque iis crediderit, incolumitatem, existimationem salutemque pro virili promoveri nullo non studio allaborent; Si ergo secus faciant, injuriæ domino illatæ quo atrociores habentur, eo gravioribus quoque poenis plectendæ veniunt *l. 7. & 8. ff. de injur. §. 9. Inst. eod.* Igitur, si ministri capiti domini insultaverint, vel gravibus convitiis eum prosciderint, poena arbitraria carceris vel relegationis in eos animadverti par est; Simili poena afficiendi si forte injuria reali, leviori tamen illum affecerint *l. 1. ff. de obsequ. par. & patr. præst. l. 3. & 4. C. de patr. pot. Carpz. p. 4. c. 38. d. 1. & refert Daniel. Moller. in comment. ad d. cap. 38. n. 3. sub fin.* famulum quendam, intercedente quamvis domino & deprecante laqueo suspensum fuisse. Mitiganda tamen est poena furti, si ratione salarii denegati quid surripuerint famuli, *arg. c. un. in fin. de milit. vassall. contumac.* nam & causa bestialis à dolo excusat delinquentem *l. 12. §. 3. ff. de liber. caus.* cur non multo magis denegatio mercedis præsertim, si famuli & ministri aliunde non habent, quo se sustentare possint *Carpzov. p. 4. c. 38. d. 2.*

Th. II. In bello Duces militibus promissum stipendium nî persolvant, contra fidem datam agentes ansam dant militibus, insolentius agere, aut hospitibus molestos esse, aut debita munia detrectare *Reut. Bestall. art. 91.* Equidem severe à Superioribus prohibetur, ne ob intermissam stipendii præstationem, turbas dent milites; sicuti egregie in articulis militiæ Svedicæ *tit. 22. §. 106.* præcipitur, quod pro seditioso habendus puniendusque

se possit *Mev. d. cons. n. 204.* Modo sententia non sit lata, eo enim casu in præjudicium agnatorum culpa remitti nequit, & in extraneum culpa commissa sit privatione feudi digna, sic mox devolvitur ad agnatos 2. *feud. 37. Carpzov. p. 3. c. 27. d. 1.* In casu tamen remissæ culpæ manet feudum antiquum *Stryk. in exam. jur. feud. cap. 3. qu. 20.*

CAPVT V.

De Fide fracta à Dominis data Servis, Ministris, Officialibus, à Patre Liberis data, & vice versa.

THESIS I.

GENERALITER domini, quicumque etiam sint, (quorum appellatione etiam illi nobis veniunt, qui imperium ab aliis acceptum exercent) fidem promissam servare obstricti sunt, adeo, ut si contraveniatur, parens, seu cui iussa capessere fas est, vinculo suo liberari videatur idque ex natura correlativorum. Hinc si dominus promittens servo seu famulo certam mercedem, eam vero ei non solvat, fides data frangitur, & fraudans eum mercede, sanguinem ejus effundere dicitur *c. immolans. c. 14. qu. 5.* Quo casu servus potest se servitio subtrahere, atque officium judicis implorare *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 7. n. 1. & seq.* Imo, si moram in solvendo committit dominus, ex conducto actione contendens, eo judicio, quod est bonæ fidei, debitam mercedem cum usuris solitis consequetur famulus, per ea, quæ rescribit *Antonius Epicteto l. 2. C. de locat. conduct.*

conducti. Contra, fide fracta doloque commisso servos poena severior manet *Wesenbec. in parat. ff. de publ. judic.* Nam fides data eos astringit, ut, cum dominus familiares ac domesticos sibi quasi fecerit, seque iis crediderit, incolumitatem, existimationem salutemque pro virili promoveri nullo non studio allaborent; Si ergo secus faciant, injuriæ domino illatæ quo atrociores habentur, eo gravioribus quoque poenis plectendæ veniunt *l. 7. & 8. ff. de injur. §. 9. Inst. eod.* Igitur, si ministri capiti domini insultaverint, vel gravibus convitiis eum prosciderint, poena arbitraria carceris vel relegationis in eos animadverti par est; Simili poena afficiendi si forte injuria reali, leviori tamen illum affecerint *l. 1. ff. de obsequ. par. & patr. prest. l. 3. & 4. C. de patr. pot. Carpz. p. 4. c. 38. d. 1. & refert Daniel. Moller. in comment. ad d. cap. 38. n. 3. sub fin.* famulum quendam, intercedente quamvis domino & deprecante laqueo suspensum fuisse. Mitiganda tamen est poena furti, si ratione salarii denegati quid surripuerint famuli, *arg. c. un. in fin. de milit. vasall. contumac.* nam & causa bestialis à dolo excusat delinquentem *l. 12. §. 3. ff. de liber. caus.* cui non multo magis denegatio mercedis præsertim, si famuli & ministri aliunde non habent, quo se sustentare possint *Carpzov. p. 4. c. 38. d. 2.*

Th. II. In bello Duces militibus promissum stipendium nî persolvant, contra fidem datam agentes ansam dant militibus, insolentius agere, aut hospitibus molestos esse, aut debita munia detrectare *Reut. Bestall. art. 91.* Equidem severe à Superioribus prohibetur, ne ob intermissam stipendii præstationem, turbas dent milites; sicuti egregie in articulis militiæ Svedicæ *tit. 22. §. 106.* præcipitur, quod pro seditioso habendus puniendusque

se possit *Mev. d. conf. n. 204.* Modo sententia non sic lata, eo enim casu in præjudicium agnatorum culpa remitti nequit, & in extraneum culpa commissa sit privatione feudi digna, sic mox devolvitur ad agnatos 2. *feud. 37. Carpzov. p. 3. c. 27. d. 1.* In casu tamen remissæ culpæ manet feudum antiquum *Stryk. in exam. jur. feud. cap. 3. qu. 20.*

CAPVT V.

De Fide fracta à Dominis data Servis, Ministris, Officialibus, à Patre Liberis data, & vice versa.

THESIS I.

GENERALITER domini, quicumque etiam sint, (quorum appellatione etiam illi nobis veniunt, qui imperium ab aliis acceptum exercent) fidem promissam servare obstricti sunt, adeo, ut si contraveniatur, parens, seu cui iussa capessere fas est, vinculo suo liberari videatur idque ex natura correlativorum. Hinc si dominus promittens servo seu famulo certam mercedem, eam vero ei non solvat, fides data frangitur, & fraudans eum mercede, sanguinem ejus effundere dicitur *c. immolans. c. 14. qu. 5.* Quo casu servus potest se servitio subtrahere, atque officium judicis implorare *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 7. n. 1. & seq.* Imo, si moram in solvendo committit dominus, ex conducto actione contendens, eo judicio, quod est bonæ fidei, debitam mercedem cum usuris solitis consequetur famulus, per ea, quæ rescribit *Antonius Epicteto l. 2. C. de locat. conduct.*

conduct. Contra, fide fracta doloque commisso servos poena severior manet *Wesembec. in parat. ff. de publ. judic.* Nam fides data eos astringit, ut, cum dominus familiares ac domesticos sibi quasi fecerit, seque iis crediderit, incolumitatem, existimationem salutemque pro virili promoveri nullo non studio allaborent; Si ergo secus faciant, injuriæ domino illatæ quo atrociores habentur, eo gravioribus quoque poenis plectendæ veniunt *l. 7. & 8. ff. de injur. §. 9. Inst. eod.* Igitur, si ministri capiti domini insultaverint, vel gravibus convitiis eum prosciderint, poena arbitraria carceris vel relegationis in eos animadverti par est; Simili poena afficiendi si forte injuria reali, leviori tamen illum affecerint *l. 1. ff. de obsequ. par. & patr. prest. l. 3. & 4. C. de patr. pot. Carpz. p. 4. c. 38. d. 1. & refert Daniel. Moller. in comment. ad d. cap. 38. n. 3. sub fin.* famulum quendam, intercedente quamvis domino & deprecante laqueo suspensum fuisse. Mitiganda tamen est poena furxi, si ratione salarii denegati quid surripuerint famuli, *arg. c. un. in fin. de milit. vassall. contumac.* nam & causa bestialis à dolo excusat delinquentem *l. 12. §. 3. ff. de liber. caus.* cum non multo magis denegatio mercedis præsertim, si famuli & ministri aliunde non habent, quo se sustentare possint *Carpzov. p. 4. c. 38. d. 2.*

Th. II. In bello Duces militibus promissum stipendium nî persolvant, contra fidem datam agentes ansam dant militibus, insolentius agere, aut hospitibus molestos esse, aut debita munia detrectare *Reut. Bestall. art. 91.* Equidem severe à Superioribus prohibetur, ne ob intermissam stipendii præstationem, turbas dent milites; sicuti egregie in articulis militiae Svedicæ *tit. 22. §. 106.* præcipitur, quod pro seditioso habendus puniendusque

que fit, qui vel in concione exercitus, vel in agmine, vel
 in praesidiis *pecuniam* in clamaverit. Milites vero fracta fide
 de sacramento data seditionem concitantes graviter puniuntur; & quidem in authores seditionis imprimis gra-
 viter animadversum fuisse, docet nos Modestinus in l. 3. §. 19. 20. de re milit. ibi: *Qui seditionem atrocem militum concitaverit, capite punitur, si intra vociferationem, aut levem querelam seditio mota sit, tum gradu militiae dejicitur.* Quae nam olim poena seditionis fuerit, ex Polybio, interpretatur Lipsio de milit. Roman. lib. 5. dial. 18. colligitur: *Quid si inquit, plures peccasse contingat, & manipulos aliquot simul locum deserere: omnes quidem fuste percutere aut occidere non vult, modum autem rationemque reppererunt & commodam pariter & terribilem.* Exercitum enim advocans Tribunus & in medium noxius productis, acriter eos incusat, & interdum quinque, alias octo aut viginti, & ut semel dicam, ad multitudine semper respiciens, ut decima fere pars delinquentium sit, hos ex omnibus ignavis sortitur: & in quos ea sors cecidit sine ulla deprecatione, fuste percutit ad modum jam dictum. Reliquis hordeum pro tritico admittens, jubet extra vallum tenderi & tutelam castrorum. Ita periculo & metu à sorte equaliter omnibus impendente, & exemplo item dati hordei ad omnes perveniente, plurimum ex eo more capitur & terroris & correctionis. De qua decimatione Cicero pro Cluentio ait: *Statuerunt majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadvertetur, ut metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perveniret.* Non autem tantum actus ex sua natura seditionis vetantur; sed etiam illi, unde facile seditio sequi posset, e. gr. coitionem facere. Reut. Best. art. 71. vid. Holländisch. Kriegs. R. art. 35. Sic Bannerius Dux militiae Svedicae

dica

dicæ Tribuno cuidam, qui alios præfectos militiæ ad colloquium aliquoties collegerat, proposuit: **Ob einem Privat-Obristen, ja einer Generals-Person / die ein Haupt über sich hat, bey einer wohlbestallten Armee gebührete / oder in einem unpartheyischen Rechte / wohl davon judiciret werden könnte / ohne Vorwissen des Ober-Haupts, die Obristen zur Unterredung zu sich zu bescheiden? gestalt von Ihm geschehen, Chemnit. de bell. Svecic. part. 2. lib. 4. p. 997.** Unde etiam mox disgregavit eos, & ad suos quemque cohortes abire jussit, denunciatione facta, si ulterius ita congregarentur, id seditiosum haberi oportere: **Er hielt dieses vor eine Meutenation, quæ capitis supplicio esset vindicanda.**

Th. III. Fidem frangit miles deserendo signa, ut si in acie prior fugam fecerit spectantibus militibus *l. 6. §. 3. ibique Gotthofred. ff. de re milit. & qui stationis munus relinquit, plus quam emansor est. l. 3. l. 5. ff. eod.* Omnium gravissime delinquent milites, qui non solum signa sua deserunt, sed etiam ad hostem transfugiunt, *l. 2. C. quand. lic. unic. se vindic. vel publicam devot.* Illorum, qui tempore pugnæ vel dum acies ordinatur, statione aut signo relicto fugerunt, poena pro facti qualitate & habita circumstantiarum ratione arbitraria est, quæ ad ultimum etiam supplicium extenditur, *vid. die Keit. Bestallung zu Speyer anno 1570. aufgerichtet / art. 63. ibi: Da einer im Felde von seiner Fahnen fliehen oder sonst heimlich oder öffentlich Flucht machen würde / der soll an Ehr / Leib und Leben gestrafft werden; Da auch andere / die solches sehen / derselben auf unverwandten Fuß in denselben schiessen oder stechen / die sollen daran nicht gefrevelt, sondern noch grossen Danck dazu*

verdienen haben. adde Constitutionem Maximiliani I. anno 1558. apud Goldast. Tom. 2. Constitut. Imperial. p. 116. & Ferdinandi III. Kriegs-Recht art. 27. Similiter si transfuga non ultro redierit, sed ab aliis comprehensus in patriam retractus sit, morte tum illum tanquam hostem punire, jus ac fas est; uti & eum non leviori poena dignum censemus, qui captus, cum poterat redire, neque rediit; habetur enim pro desertore atque transfuga l. 5. §. 5. ff. de re milit. Sane in rebus militaribus, ut alii deterreantur, multa pro licitis habentur, quæ jure ordinario duriora haberentur; quorsum referenda est abscissio aurium & nasi; nec non impressio stygmatis in fronte seu facie; qui modus puniendi durior, imo contra legem esse videtur, l. 17. C. de poen. ubi Constantinus Imperator vult, quod cum facies hominis sit facta ad instar divinæ imaginis, non debeat cicatricibus deformari, add. Gloss. add. l. 17. Job. Burger. cent. 2. obs. 88. Si militum totæ cohortes atque legiones contra fidem tam sancte datam desertione peccent (exempla integrarum legionum militia avocatarum habet Coll. Argent. ad tit. ff. de re milit. lb. 15. n. 16. legionis saltem dissolutæ & in alias distributæ Fam. Strad. dec. 2. de bell. Belg. lib 10. p. 735.) atque manipulatim fugam capiunt, vel etiam extra aciem tanquam seditiosi signa sua relinquunt, Justinianus Imper. in l. 3. §. 9. ff. de re milit. hanc assignat poenam: Si plures simul primo deseruerint, deinde intra certum tempus reversi sint, gradu pulsî in diversa loca distribuendi sunt: Sed Tyronibus parcendum est; qui, si iterato hoc admiserint, poena competenti adficientur. vid. Ferdinandi III. Imper. constitutionem militar. art. 27. & Caroli Gustavi Sveciæ Regis artic. 52. **Wann ganze Regimente und Fahnen gar Feld-flüchtig und abtrünnig werden**

den / sollen dieselben in sechs Wochen, dreymal nach einander / für Recht peremptorie citiret, und ihnen sticher Geleit ab- und zuzuführen / verstattet werden : befindet sich aber alsdenn / daß sie wider Eyd und Pflicht gehandelt / so soll der Eyd-lose / er komme gleich zur Stelle oder nicht / zum Schelmen verurtheilet / und Vogel-frey gemachet, den andern aber / so sich vor Berichte eingestellt, und verantwortet haben / das Geleit unverbrüchlich gehalten, und auf freyen Füßen losgelassen werden. *Ac solet etiam decimatio in delicto desertionis hodiernum observari ; quemadmodum legio equestris Matel. jussu Serenissimi Archiducis Austr. Leopoldi ob desertionem prælii Lipsiæ decimata, ita ut singuli turmarum præfecti & eorum Decuriones gladio, vexilliferi vero & reliqui Officiales, ut & decimus quisque equitum sorte ductus suspendio perierint. vid. Joach. Burger. cent. 2. obs. 65. n. 12. Et poena militem castra deserentem manet, etiamsi exauctoratio legionis supervenerit, ut nec ejusmodi desertor de honesta ista missione participet, neque libertatem suam fide semel fracta defendere possit ; quia maleficia non debent manere impunita l. 51. ff. ad L. Aquil. l. 18. §. 1. ff. de judic. neque missio ista potest extendi ad illos, qui jam pridem aufugerunt tanquam inhabiles, sed saltem ad præsentem : dolus enim suus nemini debet prodesse l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except. Joach. Burger. cent. 2. observ. 25. & cent. 3. obs. 61. Plura lege in dissertat. Dn. Præsidis de Fugati. de Fuga Militum, pag. 198. & seqq.*

Th. IV. Cum officiales omnia ex fide agere obstricti sint, graviter peccant, pecuniam ad certum usum deputatam aliorum derivantes, ob quod puniendi sunt

l. 1. l. 2. §. 3. & 4. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. & graviori poena digni sunt, qui bonam pecuniam receptam vendunt, & pro ea emunt adulterinam, vel injusti ponderis & laboratoribus domini persolvunt, quos poena carceris vel exilii merito expectat *Matth. Berlich. part. 5. practic. concl. 57. n. 41.* Contra bonam fidem agunt exactores, ex pecunia exacta lucrum facientes, cum omne lucrum, quod percipiunt, debeat esse publicum, adeo, ut, si quid retineant, conscientiam laedant; Quod tamen lucellum fiscus ab ipsis repetere valet, *Peregrin. de jure fisci tit. 3. n. 8.* Fidem officiales frangunt, si destinati ad recipiendum pecunias publicas, quas tenentur conservare in certas causas, vel pro occurrentibus publicis necessitatibus, cum ista pecunia mercetur; illam aliis mutuent, in se suos usus convertant; quo casu omne lucrum inde proveniens fisco est applicandum *Philipp. Decius conf. 6. Peregrin. de jur. fisc. d. tit. 3. n. 9.*

Th. V. Fidem omni jure debitam frangunt Parentes ac liberi invicem, si tempore necessitatis se se deleant, cum tamen ad praestationem fidei maxime obligentur. Huc quoque referendi sunt Patrini, qui in actu sacri baptismatis spondent atque promittunt, quod velint, quantum in ipsis est, eo prospicere, ut liberi spirituales in religione Christiana recte educantur, atque ad bonam vitam, si aberrent, eos adhortari; quae sane promissio non nuda esse aut effectu detitui debet; sed vi hujus promissionis omnino tenentur, si intelligant liberos istos è sacri baptismatis sublato ea, qua ipsos decet, via non incedere, monere, corrigere, & si alia ratione fieri nequeat, causam ad Magistratum referre, omnemque adhibere operam ut fidem tam sancte datam servent.

Th. VI.

Th. VI. Solent pro more regionum Germaniæ filiarum personarum illustrium renunciare successioni paternæ, idque fieri solet in favorem masculorum tanquam domus seu familiæ suæ columnarum; Num autem fidem frangere & renunciationi contravenire ipsis liceat, quæstionis est? Dico: Si filia ad renunciandum successioni pervim sit adacta, quod relaxationem juramenti & in integrum restitutionem mereatur. *cap. quamvis ibi: si tamen nec vi X. de jurejur.* Similiter si metu ad renunciandum filia sit inducta, fidem datam servare non tenetur, obtentaque absolute à juramento metu extorto recedere potest, *Seraphin. de Seraphin d. privileg. jurament. privileg. 110.* Neque obstat clausula instrumento renunciationis inserta: *Freywillig / ohngezwungen &c.* Metu enim probato & vere justificato ejusmodi clausulæ nullius sunt efficaciam, cum corrumpente ipso contractu clausulæ quoque accessoriam adjici corrumpant *Menoch. de presumt. 126. n. 10. p. 61.* Neque juramentum filiam adstringit, si probet dolo negotium laborare. Dolus etenim, si ex proposito intercesserit, renunciationem reddit nullam, seu revocanda est non obstante jurata fide data *Vincent. Honded. vol. 1. conf. 29. n. 20.* Num vero extra dolum, vim & metum, propter enormem læsionem renuncianti filiarum succurratur, non omnium eadem est sententia: Vide variorum sententias apud *Covarruv. in relect. cap. quamvis part. 3. §. 1. n. 3. vers. vides igitur.* In praxi recepta est juris Canonici sententia, qua omne juramentum, quod non in peccatum inclinatur, est servandum; ut filia, quæ etiam nulla accepta dote gratis in favorem fratrum legitime facultatibus paternis renunciare potest, neque lædi præsumitur, eum nemo sibi ipsi nocere cupiat, juratam renunciatio-

nem propter enormem lationem retractare nequeat, vid. *Wesemb. consil. 23. num. 47. Bacbov. ad Trentler. vol. 1. dispus. 12. tb. 8.*

CAPVT VI.

De fracta Conjugum & Sponsorum Fide invicem data.

THESIS I.

GRAVE est in matrimonio coram Deo datam fidem fallere, cum conjugibus ea sancta esse debeat. Frangitur autem, quando una pars conjugum, quos sacerdotalis benedictio rite & legitime conjunxit, alteram malitiose deserit, cum tamen illa societas individuum vitæ consuetudinem continere debeat: Quod enim Deus conjunxit, homo non separet, maxime in novo Testamento, *Matth. c. 5. v. 31. & c. 19. v. 7. & seqq.*

Th. II. Fracta ita fide conjugali contra desertorem legitime citatum contumaciter emanentem ad petitionem partis desertæ proceditur, & sententia judicis rescissoria super desertione profertur. Non enim desertio ipso jure rumpit matrimonium, *Beust. de connub. p. 2. c. 31.* Quid, si ante sententiam latam unus conjugum cum alia persona vel rem habeat vel matrimonium contrahat, num pœna ordinaria locum habeat? Quoad desertorem nullum est dubium, quod adulterii & bigamiæ pœna afficiendus sit. Innocens vero & deserta pars eo casu propter sufficientem divortii causam & quod ope conjugali & sic remedio unctionis privata delinquere præsumatur ad instar ejus, qui cum conjux ipsi debitum conjugale denega-

ret arg. c. si tu abstines c. 27. qu. 2. adulterium committit, ab ordinaria bigamiae poena liberanda est, ignoscendum si- quidem est ei, qui causa commotus & irritatus delinquit, l. si adulterium 38. §. Imperator. 8. ff. ad L. Jul. de adult. cum quod deserens & diu absens probabiliter praesumatur mortuus Arnif. de jure connub. c. 6. sect. 7. in fin. accedit, quod cum diuturna a absentia plerumque adulterium vi- deatur concurrere Arn. d. tr. c. 6. sect. 6. n. 4. Carpz. pract. crim. part. 2. qu. 61. n. 74. Si tamen desertus cum uxore alia rem habeat, poenam capitis sustinebit, de jure Saxo- nico, quo etiam solutus ad alterius thorum accedens gla- dio ponitur, Constit. Elect. Sax. 9. p. 4.

Th. III. Solvitur autem matrimonium quoad ipsum vinculum; & parti innocenti libere permittitur contra- here matrimonium, Carpz. pr. crim. p. 2. qu. 63. n. 18. & seq. Nequaquam enim propter aliena delicta laquei injiciendi sunt conscientiae innocentis personae; cum delicta suos debeant tenere authores l. sancimus 22. C. de pen. Neque servituti subiectus est frater vel soror in hujusmodi casu 2. Corinth. 7. v. 15. vid. Carpz. d. l. ubi Pontificiorum & Ca- nonistarum objectionibus respondet.

Th. IV. Adeo dissolvitur ob malitiosam desertio- nem matrimonium, ut si desertor redeat, & deserta pars, v. g. mulier alii nupserit, haec redeuntem desertorem, qui conjugem repetit, non teneatur recipere, sed potius po- steriori marito ulterius cohabitare, l. miles 11. §. mulier 12. ff. ad L. Jul. de adult. Sibi enim imputare debet, quod ex non necessaria vel probabili causa absens ad emissas cita- tiones non comparuerit, in exilium potius, quod ipse sponte elegit, mittendus quam audiendus D. Gerharous in lec. de Conjug. n. 634. in fin. Aliud est, quando persona
deserta

deserta desertionis processu legitimo non prævio novæ
 contraxisset nuptias vid. *Gerbardus c. l. Haveman Gamolo*
lib. 3. tit. 7. Eo tamen casu, quo sponsalia saltem cum a
 lia persona celebrata, reconciliatio quam maxime urgen
 da, novaque sponsalia rescindenda *Carpz. lib. 3. tit. 5. Jus*
rispr. Consistor. defm. 68.

Th. V. Fide conjugali per adulterium fracta con
 iux crimen homicidio vel furto majus committit; Quo
 confirmat sapientissimus Rex Salomon, quando ait: *N*
est grandis culpa, cum quis furatus fuerit, furatur enim ut es
rientem impleat animum, deprehensus quoque reddet septu
plum; & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit;
Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet anima
suam, turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobri
um illius non delebitur; Quia zelus & furor viri non parces
die vindictæ, nec acquiescet cujusdam precibus; nec suscipi
pro redemptione dona plurima, in Proverb. cap. 6. vers. 30. 31. 32
& seqq. Bald. in c. at si clerici §. de adult. X. de judic. dicitur
 quod revera adulterium laicis & bonis viris sit crimen in
 fectum, turbetque honorem matrimonii, & famam lib
 rorum, in qua decus gentium consistit. Sane perfidus
 adulter fit fur proprii corporis, quod uxori subtrahit,
 propriumque corpus peccat, & sibi metipsi injuriam faci
 tesse *Paulo 1. Cor. 7. v. 3. & 4. cap. 6. v. 18. 19.* & sacrilegium
 committit, quia temerat sacrum jus conubiorum, &
 Deo vinculum ligatum temerario ausu dissolvit, corp
 item Deo consecratum transfert in mancipium scorti
Corinth. 6. Prosper. Farin. part. 5. oper. crim. qu. 140. n. 8. ut
 de & adulteri Sacrilegi nuptiarum vocantur *l. quamvis.*
de adult.

Th. VI. Huic perfidiæ variæ poenæ apud gent
 su

sunt statutz; & jure quidem Romano pœna modo capitalis; modo non capitalis fuit. Sub libera Republica maritus jus habuit privatim in adulteram animadvertendi. Hic enim mos vetus fuit Romanorum, ut si mulier aliquid peccasset, ex mariti læsi arbitrio pœnam lueret, & de delictis, quibus violata erat pudicitia, cognati cum ipso cognoscerent *Dionys. Halicarnass. lib. 2. antiqu. roman.* Lege Imperatoris Constantini 30. C. ad L. Jul. de adulter. gladii pœna adulteris determinata est, §. 1. ibi: *Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet.* Quam legem *Antbon. Matthai tr. de criminib. tit. de adulter. c. 2. n. 1.* auream vocat, & unicam pudicitia matronalis custodem, omnibusque Christiani orbis Principibus atque Rebuspubl. commendandam, quandoquidem divinæ legis præscriptum in vindicando adulterio sequatur: eamque indignam existimat, ut temerata sit à Justino Imperatore. Nam Imperator Justinianus hanc legem videtur pro parte immutasse *Nov. 134. cap. 30.* in verb. *Sed hodie adultera verberata in monasterium detruditur, quam marito intra biennium repetere licet.* Num male, num bene, disceptent alii vid. *Mæstert. de Justit. Roman. Leg. lib. 2. dubitat. 114.* In Germania non uniformis pœna adulteris statuta est, in hoc discordia est Jurium vid. *D. Præsidis dissertat. de concord. discordant. german. capit. 3. de concord. discordantis justitie §. 14.* Generalis lex in sanctione criminali Caroli V. art. 120. pœnam juris Justiniani in *Novell 134. c. 20. Et Authent. sed hodie C. ad L. Jul. de adult.* approbat & renovat *Mevius comment. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 6. art. 2. n. 31.* Jura provincialia, excepto Jure Saxónico, adulterium gladio vix puniunt, teste *Fu bardo vol. 1. conf. 115. n. 8.* Palatinatum tamen & Hassiam addit *Antbon. Matthai*, in quibus Principes gravitatem criminis & legis

divinae voluntatem intuentes poenam capitis reducere, Jure Saxonico capitalis poena obtinet non solum in adultera, sed adultero quoque, si ille maritus, sive solutus, non refert, num maritus cum uxore vel soluta rem habuerit. vid. *Const. Augusti part. 4. c. 19. Carpz. pract. crim. p. 2. qu. 54.*

Th. VII. Ob fidem conjugalem adulterio tam foede fractam matrimonii vinculum dissolvitur, tam jure Divino, *Matth. 5. v. 32. & cap. 19. v. 9.* quam Canonico *c. significasti 4. de divort. c. dixit Dominus 2. c. 32. v. 41. & Civili l. 8. §. 2. C. de repud.* Cum enim conjuges ex ipsius Dei institutione sint una caro *Genes. 2. v. 24. Matth. 19. v. 6.* Mulier vero adultera fiat una caro cum adultero *1. Corintb. 6. v. 16.* Non amplius una est caro cum marito, & per consequens vinculum conjugalis unitatis est solutum *Carpzov. p. 2. crimin. 63. n. 15. §. 17.* ubi quaestionem: *An, facto divortio propter adulterium, liceat innocenti cum alia persona contrahere matrimonium?* Rationibus in utramque partem adductis discutit & pro affirmativa decidit. Quae tamen concessio ducendi alteram fit cum quodam temperamento, nempe ut prius omnibus modis reconciliatio debeat tentari; si haec obtineri nequeat, moneri pars innocens, ut, si se continere & caste vivere possit, vivente adultera, ab alio conjugio absteineat.

Th. VIII. Quando Clericus cum muliere conjugata rem habet, quia crimen in hoc detestabilius quam in laico habetur, majoris ignominiae ergo, certa quaedam solennia à Jure Canonico praescripta adhibetur; Reus nimirum vestibus sacris indutus, portans instrumenta seu ornamenta sacra, praesentatur publice Episcopo, ab eoque iis omnibus exiit retrogrado ordine, adhibitis duobus vel tribus sacerdotibus *c. 2. de poen. in sexto. Zæf. ad tit.*

tit. X. de pæn. n. 11. tondetur ejus caput, raduntur manus
Gregor. Tbolosan. Syntagm. jur. lib. 3. c. 30. n. 9. qu. 7. ad sin-
 gula Episcopus certis quibusdam imprecationibus, oppo-
 sitis illis verbis, quæ in collatione ordinum sunt prolata,
 utitur. Sic denudatus traditur Curix seu judici seculari,
 in cujus præsentia totus actus peragi debet *c. 4. caus. 13. qu. 7.*
 In Protestantium Ecclesiis, licet ejusmodi solennia-
 tam exacte secundum dispositionem Juris Canonici non
 observentur; ii tamen ritus, qui in exauctorandis cleri-
 cis adhiberi solent, supra allatis quam proxime accedunt;
 quemadmodum ex rescripto Consistorii Lipsiensis in ca-
 su, ubi Pastor adulterium commiserat cum soluta, anno
 1643. gradu dejectus fuit, hocce apparet: **So wird J.
 M. wegen dieses verübten und gestandenen Ehe-
 bruchs seines Pfarr-Amts billich entsetzet: Inmas-
 sen wir ihn Amts wegen hiermit removiren und da-
 von entsetzen / dergestalt und also: Daß von Herrn
 D. D. A. Superintendenten zu B. so an unser Statt hier-
 zu von Uns sonderbar verordnet / und in Gegenwart
 Euer, als 130 Gerichts-Herrn / wie auch zweyer oder
 drey benachbarten Pastoren vom Lande / ihm Joh. M.
 sein Priesterlicher Habit / nemlich der Rock und ge-
 wöhnliche Hark-Kappe durch eine von gedachten Su-
 perintendenten bestellte Persohn abgenommen / her-
 nach Euch, als des Orths weltlicher Obrigkeit / über-
 geben / und nach eingeholtem Urtheil und Recht zu
 fernerer gebührender Bestraffung gezogen werde.
 W. R. W.**

Th. IX. *Num autem nocenti parti, propter adulteri-
 um divortio secuto, liceat ad secunda vota transire, quæstionis
 est?* Complures negativam sententiam amplectuntur,

quod adulterium committens indignus censeatur novo conjugio, cum semel ordinem Dei tam sacrilege violasset, fidemque datam, & vinculum, quod Christus ipse ligavit, tam perfide rupisset; Neque juri aut æquitati conveniens sit, ex perpetrato delicto sentire commodum *Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 2. def. 191. n. 3.* Facit vox Apostoli *Matth. 19. qui repudiatam ob adulterium duxerit, mœchatur cum ea*, & de desertrice ait Apostolus *1. Cor. 7. si reconciliari nolit, maneat innupta.* Verum super hoc casu Princeps vel ejus nomine Consistorium potest dispensare, præsertim si se continere nequeant, perpetuæ siquidem veritatis est regula apostolica: *Si se non contineat, nubat*, *vid. Gerbard in loco de conjug §. 632. p. m. 1047.*

Th. X. Præter dissolutionem vinculi ob fidem matrimonialem fractam in utroque casu tam desertionis quam adulterii mulier dotem amittit, eaque marito cedit, *arg. l. 32. in fin. C. de appellat. l. 27. C. de testam.* ut non distingvatur, an maritus civiliter ad separationem thori, an criminaliter ad poenam & vindictam publicam egerit, sed maritus etiam eo in casu, quo criminaliter uxorem accusat, dotem lucratur, docente id *Prosper. Farmac. qu. 141. n. 105. Carpzov. p. 2. qu. crimin. 64. n. 2. & seqq.* Si tamen liberi adsint ex priori matrimonio, hos marito præferendos esse communiter docetur *Modest. Pistor. p. 1. cons. 3. qu. 2. num. 24.* idque in compensationem injuriæ sibi per matrem illatæ & ignominia, quam ipsi ex delicto matris patiuntur *Modestim. Pistor. d. l.* De Jure Saxonico dotem quo ad usum fructum solum marito acquiri; post mortem vero ejus filiis adulteræ relinquendam esse tradit *Matth. Berlich. part. 4. concl. 19. n. 19.* Non solum dotem, sed etiam donationem propter nuptias amittit mulier adultera

vel

vel desertrix, & maritus hoc in casu donationem illam propter nuptias lucratur, & retinet *Nov. 117. cap. 8. Carpzov. pract. crim. part. 2. qu. 64.* Si tamen mulier adulterium commiserit, & maritus adulteram uxorem non expulerit, vel aliter indignationem super fide fracta non ostenderit, neque donationem propter nuptias contraria voluntate revocaverit, sed simpliciter tacuerit, heredibus exceptio contra mulierem donationem hanc petentem denegatur *l. 1. C. de revoc. donat.* Imo ex reliquis bonis uxoris in casu non existentium liberorum tantam accipit partem, quantum tertia pars dotis esse cognoscitur *Nov. 117. c. 8. n. 2.* Uxor tamen adultera paraphernalia bona non amittit, cum expresso juris textu id non caveatur *cap. is qui 18. in pr. de sentent. excommunic. in 6.* At in foro Saxonico loco tertiae hujus partis maritus bona uxoris paraphernalia lucratur *Daniel. Moller. ad Constit. Saxon. Elect. 21. p. 4. n. 3.* quoniam eo jure maritus non modo vivente uxore bonorum paraphernalium usumfructum, sed & uxore defuncta omnia mobilia lucratur *Landrecht lib. 1. art. 31. post pr. lib. 3. art. 67.* iniquissimum autem esset, maritum absque facto suo iisdem privari, mulierem vero hoc lucrum ex suo delicto & adulterio consequi *l. 3. §. sed ita demum 3. l. 17. §. 1. ff. ad Sc. Vellej.*

Th. XI. Neque hoc praetereundum est, quod quamvis adulterium non sit consummatum, sed solummodo attentatum, ob fidem fractam attentans sit puniendus, non quidem ordinaria, sed extraordinaria poena; cum ordinariae poenae locum dedisse videatur sanguinis commixtio, quae hic cessat, ut cessante delicto, ipsa quoque poena cesset; attamen vel carcere vel fustigatione puniatur *Carpz. pr. crim. p. 2. qu. 61.*

quod adulterium committens indignus censeatur novo conjugio, cum semel ordinem Dei tam sacrilege violasset, fidemque datam, & vinculum, quod Christus ipse ligavit, tam perfide rupisset; Neque juri aut æquitati conveniens sit, ex perpetrato delicto sentire commodum. *Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 2. def. 191. n. 3.* Facit vox Apostoli *Matth. 19. qui repudiatam ob adulterium duxerit, mœchatur cum ea*, & de desertrice ait Apostolus *1. Cor. 7. si reconciliari nolit, maneat innupta.* Verum super hoc casu Princeps vel ejus nomine Consistorium potest dispensare præsertim si se continere nequeant, perpetuæ siquidem veritatis est regula apostolica: *Si se non contineat, nubat.* *vid. Gerbard in loco de conjug §. 632. p. m. 1047.*

Th. X. Præter dissolutionem vinculi ob fidem matrimonialem fractam in utroque casu tam desertionis quam adulterii mulier dotem amittit, eaque marito cedit, *arg. l. 32. in fin. C. de appellat. l. 27. C. de testam.* ut non distingvatur, an maritus civiliter ad separationem thori an criminaliter ad pœnam & vindictam publicam egerit sed maritus etiam eo in casu, quo criminaliter uxorem accusat, dotem lucratur, docente id *Prosper. Farinac. qu. 141. n. 105. Carpzov. p. 2. qu. crimin. 64. n. 2. & seqq.* Si tamen liberi adsint ex priori matrimonio, hos marito præferendos esse communiter docetur *Modest. Pistor. p. 1. cons. 3. qu. 2. num. 24.* idque in compensationem injuriæ sibi per matrem illatæ & ignominia, quam ipsi ex delicto matrimonio patiuntur *Modest. Pistor. d. l.* De Jure Saxonico dotem quo ad usumfructum solum marito acquiri; post mortem vero ejus filiis adulteræ relinquendam esse tradit *Matth. Berlich. part. 4. concl. 19. n. 19.* Non solum dotem, sed etiam donationem propter nuptias amittit mulier adultera

vel desertrix, & maritus hoc in casu donationem illam propter nuptias lucratur, & retinet *Nov. 117. cap. 8. Carpzov. pract. crim. part. 2. qu. 64.* Si tamen mulier adulterium commiserit, & maritus adulteram uxorem non expulerit, vel aliter indignationem super fide fracta non offenderit, neque donationem propter nuptias contraria voluntate revocaverit, sed simpliciter tacuerit, heredibus exceptio contra mulierem donationem hanc petentem denegatur *l. 1. C. de revoc. donat.* Imo ex reliquis bonis uxoris in casu non existentium liberorum tantam accipit partem, quantum tertia pars dotis esse cognoscitur *Nov. 117. c. 8. n. 2.* Uxor tamen adultera paraphernalia bona non amittit, cum expresso juris textu id non caveatur *cap. is qui 18. in pr. de sentent. excommunic. in 6.* At in foro Saxonico loco tertia hujus partis maritus bona uxoris paraphernalia lucratur *Daniel. Moller. ad Constit. Saxon. Elect. 21. p. 4. n. 3.* quoniam eo jure maritus non modo vivente uxore bonorum paraphernalium usufructum, sed & uxore defuncta omnia mobilia lucratur *Landrecht lib. 1. art. 31. post pr. lib. 3. art. 67.* iniquissimum autem esset, maritum absque facto suo iisdem privari, mulierem vero hoc lucrum ex suo delicto & adulterio consequi *l. 3. §. sed ita demum 3. l. 17. §. 1. ff. ad SCt. Vellej.*

Th. XI. Neque hoc praterendum est, quod quamvis adulterium non sit consummatum, sed solummodo attentatum, ob fidem fractam attentans sit puniendus, non quidem ordinaria, sed extraordinaria poena; cum ordinariae poenae locum dedisse videatur sanguinis commixtio, quae hic cessat, ut cessante delicto, ipsa quoque poena cesset; attamen vel carcere vel fustigatione puniatur *Carpz. pr. crim. p. 2. qu. 64.*

quod adulterium committens indignus censeatur novo conjugio, cum semel ordinem Dei tam sacrilege violasset, fidemque datam, & vinculum, quod Christus ipse ligavit, tam perfide rupisset; Neque juri aut æquitati conveniens sit, ex perpetrato delicto sentire commodum *Carpz. Jurispr. Consistor. lib. 2. def. 191. n. 3.* Facit vox Apostoli *Matth. 19. qui repudiatam ob adulterium duxerit, mœchatur cum ea*, & de desertrice ait Apostolus *1. Cor. 7. si reconciliari nolit, maneat innupta.* Verum super hoc casu Princeps vel ejus nomine Consistorium potest dispensare, præsertim si se continere nequeant, perpetuæ siquidem veritatis est regula apostolica: *Si se non contineat, nubat*, vid. *Gerbard in loco de conjug §. 632. p. m. 1047.*

Th. X. Præter dissolutionem vinculi ob fidem matrimonialem fractam in utroque casu tam desertionis quam adulterii mulier dotem amittit, eaque marito cedit, *arg. l. 32. in fin. C. de appellat. l. 27. C. de testam.* ut non distingvatur, an maritus civiliter ad separationem thori, an criminaliter ad poenam & vindictam publicam egerit, sed maritus etiam eo in casu, quo criminaliter uxorem accusat, dotem lucratur, docente id *Prosper. Farmac. qu. 141. n. 105. Carpzov. p. 2. qu. crimin. 64. n. 2. & seqq.* Si tamen liberi adsint ex priori matrimonio, hos marito præferendos esse communiter docetur *Modest. Pistor. p. 1. cons. 3. qu. 2. num. 24.* idque in compensationem injuriæ sibi per matrem illatæ & ignominia, quam ipsi ex delicto matris patiuntur *Modestim. Pistor. d. l.* De Jure Saxonico dotem quoad usum fructum solum marito acquiri; post mortem vero ejus filiis adulteræ relinquendam esse tradit *Matth. Berlich. part. 4. concl. 19. n. 19.* Non solum dotem, sed etiam donationem propter nuptias amittit mulier adultera
 vel

vel desertrix, & maritus hoc in casu donationem illam propter nuptias lucratur, & retinet *Nov. 117. cap. 8. Carpzov. pract. crim. part. 2. qu. 64.* Si tamen mulier adulterium commiserit, & maritus adulteram uxorem non expulerit, vel aliter indignationem super fide fracta non ostenderit, neque donationem propter nuptias contraria voluntate revocaverit, sed simpliciter tacuerit, heredibus exceptio contra mulierem donationem hanc petentem denegatur *l. 1. C. de revoc. donat.* Imo ex reliquis bonis uxoris in casu non existentium liberorum tantam accipit partem, quantum tertia pars dotis esse cognoscitur *Nov. 117. c. 8. n. 2.* Uxor tamen adultera paraphernalia bona non amittit, cum expresso juris textu id non caveatur *cap. is qui 18. in pr. de sentent. excommunic. in 6.* At in foro Saxonico loco tertiae hujus partis maritus bona uxoris paraphernalia lucratur *Daniel. Moller. ad Constit. Saxon. Elect. 21. p. 4. n. 3.* quoniam eo jure maritus non modo vivente uxore bonorum paraphernalium usumfructum, sed & uxore defuncta omnia mobilia lucratur *Landrecht lib. 1. art. 31. post pr. lib. 3. art. 67.* iniquissimum autem esset, maritum absque facto suo iisdem privari, mulierem vero hoc lucrum ex suo delicto & adulterio consequi *l. 3. §. sed ita demum 3. l. 17. §. 1. ff. ad Sct. Vellej.*

Th. XI. Neque hoc praterendum est, quod quamvis adulterium non sit consummatum, sed solummodo attentatum, ob fidem fractam attentans sit puniendus, non quidem ordinaria, sed extraordinaria poena; cum ordinariae poenae locum dedisse videatur sanguinis commixtio, quae hic cessat, ut cessante delicto, ipsa quoque poena cesset; attamen vel carcere vel fustigatione puniatur *Carpz. pr. crim. p. 2. qu. 61.*

Th. XII. Quod si crimen fidei fracta in casu adulterii maritus condonat uxori, vel hæc ipsi, ut conjugem adulterum recipere eique deinceps cohabitare velit, non solum non peccat, sed pœna quoque adulterii ordinaria iudice remitti debet adultero per text. in Nov. 134. cap. 1. *vers. adulteram Authent. sed hodie C. ad L. Jul. d. adulterii*. Quod admittit etiam Jus Canonicum; ita enim Augustinus in c. 7. : *Quod autem tibi durum, ut post adulterium reconcilietur conjugi conjunx, si fides adsit, non erit durum: Ceterum enim adhuc deputamus adulteros, quos vel baptisate, vel poenitentia credimus esse sanatos &c.* Et in can. 8. seq. *Non turpis neque difficilis etiam post perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio conjugum, ubi per claves regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: Non ut post viri divorcium adultera revocetur, sed ut post Christi consortium adultera non vocetur caus.* 32. qu. 1. Quo tamen casu conjunx adulter ob crimen perpetratum, remissa pœna ordinaria, honorem matrimonii in perpetuum relegatur, & alter conjux innoens una cum nocente migrare tenetur; Vnde etiam adulter carcere aut multa punitur, & sic pronuntari solet: *Es wollte denn sein Eheweib Ihm verzeihen/ und für Ihn bitten/ mit Erklärung/ daß Ihm ungeachtet gebrochener ehelichen Treue fern beywohnen wolle/ uf solchem Fall würde Er dem hüligen Ehestande zu Ehren mit Gefängniß oder ziemlicher Geld-Buß/ seinem Vermögen nach/ zu milden Sachen anzuwenden/ nicht unbillig beleget.* W. Richter, p. 2. decis. 88. n. 54. Tacite etiam remittitur conjunx delictum, quando, cum illud sciverit, cohabitatur, l. 13. in fin. ff. de adult. In foro tam Sax. remissio pœnam non mitigat in duplicato adulterio

-nam licet uxor marito adultero condonare eique cohabitare velit, poena tamen est gladius *Coler. p. 1. decis. 176. num. 3. & seq.* Foemina autem conjugata cum fustigatione in perpetuum relegatur *Coler. d. l. n. 10. & seq.* In Electoratu Sax. nulla vel remissionis vel praescriptionis quinque annorum ratione habita, adulterium ab utrinque nuptis commissum gladio punitur *Constit. Elector. Aug. p. 4. const. 29. §. Wann aber ein Ehemann.* Quae tamen poena duplicati adulterii propter quasdam circumstantias mitigari potest, vid. *Richter. c. l. n. 89.*

Th. XIII. Sponfos quod attinet, illis invicem sibi datam fidem servare convenit; Contra, fide per stuprum fracta, dissolvuntur sponsalia, utpote si sponsus vel sponsa stuprum commiserint, & ita Ampliss. Facultas Juridica Jenensis anno 1623. ad requisitionem Claus Krebehennae pronunciavit: **Weiln sie an Euch untreu worden / und sich den Soldaten anhängig gemacht; So seyd ihr solche Dirne zu ehlichen unverbunden / sondern werdet von derselben billig lößgesprochen / und ist Euch alsdenn mit einer andern / als Hansen Raugens sel. Wittwen zu vertrauen nachgelassen B. R. W.** Quod si sponsa virum admiserit, tam corruptori quam corrupta fustigatio cum perpetua relegatione dicitur *Beust. de Sponsal. c. 16.* Si vero sponsus sponsae crimen fractae fidei condonet, relegatio dicitur *Richter. p. 2. decis. 98. n. 86.* ubi refert, quod sponso, pro quo sponsa ejus intercesserat, poena carceris fuit dictata. Hac occasione quaeritur: *Num si quis ab alio vitiatam, edito partu errore ductam sciens retinet, is levis nota macula aspergatur?* Dicit D. Frommann in *dissert. de lev. not. macul. 1b. 39.* communiter responderi, quod non; quia id pro caritatis officio & misericordiae opere

opere habeatur, & sub his titulis à Theologis svaderi so-
 leat *arg. c. 10. X. de sponsal. Wesenbec. in paratis. ff. de ri-
 nupt. n. 8.* durum ergo foret, talem ob id levi macula
 aspergi. Verum & hic forsán judicis arbitrio rem esse
 committendam vult; Si enim eam retineret, quæ amo-
 ris æstro percita amanti copiam sui fecisset, macula nota
 non aspergeretur *Harprecht. ad G. 1. Inst. de inoff. testam. n.
 31. & seqq.* Secus vero esset, quum ob publicum stuprum
 delictum esset condemnata, eo casu sine dubio infamis fi-
 eret *arg. l. 7. ff. de publ. jud.* Ita *D. Frommann. c. l.* Dissen-
 tiunt *Medius ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 5. art. 1. in addit. Carp-
 zov. 1. decis. 17. n. 9.*

Th. XIV. Quando sponsus diu abest neque rever-
 titur; quamdiu sponsa sponsum debeat expectare, non
 una omnium est sententia. Attendenda est imprimis con-
 ventio, ut si certum tempus in sponsalibus sit præfixum
 per illud mulier desponsata teneatur sponsum expectare
*l. 2. C. de sponsal. ibique Brunnem. Finckelthaus. observ. III. n.
 5.* Si vero nullus terminus sit præfixus, & causa absentis
 & probabilis & justa, non tamen necessaria, ac in eadem
 provincia, biennio veniat expectandus, prout definit *d. l.
 2. C. de Sponsal.* si in alia, triennio, *Covarruv. 4. decrees. II.
 p. c. 5. init. n. 7.* Si ex causa necessaria abest, v. g. ob Pa-
 rentum morbum, obitum, vel aliud impedimentum, vi-
 delicet captivitatis, expectandum est, donec cesset impe-
 dimentum *l. pen. ff. de sponsal.* Jure Canonico sponsus, si
 cum sponsæ licentia se in longinquum transtulit iter, in-
 terque eos convenit de absentis tempore, ejusmodi tene-
 tur sponsa expectare, quod si eo elapso non venit, alii pot-
 est nubere, nisi constet inculpabiliter sponsum præstituto
 tempore non venisse *Sanchez. de matrim. lib. 1. disp. 54. n. 13.*

Si non obtenta licentia se alio confert, sponsæ liberum est alii nubere *c. de illis 2. X. de sponsal.* Et hæc procedunt, licet sponsalia juramento sint confirmata *d. c. de illis X. de sponsal.* Modo sponsus non sit in loco propinquo, tunc enim vel expectandus vel requirendus erit, ut intra certum tempus matrimonium consummet; Similiter ubi de proximo sponsi reditu spes nulla est, alias hac existente non dissolventur sponsalia *c. 5. X. de sponsal.* Idem dicendum de casu, qui rarior est, ubi sponsa diutius differt matrimonium, propter naturam correlativorum, quæ est, ut jus constitutum in uno, porrigatur etiam ad alterum *l. si cum dies §. pen. ff. de recept. qui arbitr.* Quæ omnia tamen juxta dispositionem juris civilis & Canonici hodie non ubique attenduntur, sed ex arbitrio judicis pro varietate circumstantiarum vel prorogari vel restringi poterunt, v. g. ubi notorie de desertione malitiosa constaret, vel pars deserens aperte declaraverit, se in perpetuum redire nolle *Besold. v. 3. consil. 26. n. 28.* vel si subit periculum fornicationis *arg. c. 5. X. ut lit. non contestat. §. porro* aut tempus aliud nubendi opportunum sese offerat *arg. l. 2. C. de repud. Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 3. tit. 5. d. 60. n. 16. Dedekenn. consil. matrim. rubr. malitiosa desertio. n. 31. p. 495.* De procedendi modo contra absentem sponsum observando, vid. *Cypræus de Sponsal. c. 13. §. 72.*

CAPVT VII.

De Fide fracta Contrahentium inter se.

THESIS I.

Io, quod semel placuit, servandum est, ac nemo contra suum factum venire debet *l. si creditoribus C. de serv. pign.*

pign. dat. fidem autem frangere & contravenire dicitur, qui pacta promissa non implet, ut dicunt DD. in *l. si quis major C. de transactione*, adeo ut nec Princeps quidem à contractu, quem fecit, pro arbitrio recedere possit *Cassrens. in l. digna. C. de legib.* ac ne ab eo quidem, quem cum subdito celebravit *cap. 1. ubi DD. de probation.* neque de plenitudine suæ potestatis hoc facere possit *Mynsing. resp. 24. n. 19.* Hinc est, quod dicitur: Contractus ab initio esse voluntatis, ex post facto necessitatis *l. non idcirco 12. in fin. C. de contrab. emt. Tiraquell. in l. si unquam verb. libertis. n. 15. C. de revocand. donat.* Appellatione autem contrahentium veniunt omnes, non solum qui vere, sed qui quasi contrahunt, paciscuntur aut transigunt.

Th. II. Neque fidem frangere licet, si juramentum super re ista præstitum dolo elicitum sit; illud enim adeo obligat, ut sine perjurio contraveniri ei nequeat. *Balduin. in Theol. lib. 2. c. 9. cas. 14.* præsertim si dolus verum jurantis ratione negotii principalis non excludit, & ex re ipsa, puta gravi aliqua & magna læsione oritur, verius est, juramentum ipso jure subsistere & obligatorium esse, contravenientem vero perjurum fieri *Matth. de Afflictis decis. 222. n. 9. & seqq.* Secus est, si dolus juramento huic quoad substantialia promissionis causam dederit, eo casu juramentum ipso jure nullum est, & nullam religionis obligationem producit, *Franzk. lib. 2. resol. 4. n. 2. & seqq.* Siquidem juramenta ad non cogitata & ultra intentionem non extenduntur *arg. l. ult. ff. qui satisd. cog. l. ult. ff. ad municip.*

Th. III. Fidem frangentes sive id, quod constantissime, dextra forte data, aut adhibito juramento obligatorio, per animæ suæ salutem promissere, se velle præstare,

stare, postea id facere recusant, *actione de fide mentita* conveniri possunt. *Hering. de fidejuss. cap. 21. n. 36.* ubi dicit: Certe hodiernis temporibus multi fidem taliter mentitam susque deque ferunt; neque enim curant, quid in auribus hominum (quæ tamen famæ janua sunt, *ut ait Plinius*) de illis tinniat; quid igitur mirum, si jure cogantur illud sæpenumero, & quidem cum ignominiosa irrisione implere, quod sponte facere debuissent?

Th. IV. Non solum fidem frangens ea actione, quæ ad rem consequendam alias ordinario competit, sed etiam ad id, quod interest conveniri, h. e. non minus interesse lucri, quam damni peti potest, *l. un. C. de sentent. que pro eo. inter. proferunt.* ubi ampliative Imperator loquitur ita: *Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur Constitutio; quia Et in eo Veteres id, quod interest, statuerunt.* Quasi dicat, interesse non in damno solum, sed in lucro quoque constituo, quia etiam Veteres ex eo illud statuerunt. Scilicet *illius* quidem, quod non debeat alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. 74. ff. de R. I.* sed potius factum cuique suum non alteri nocivum esse *l. 154. ff. de R. I.* *Hujus vero*, ne Creditori alioquin damnosum sit officium suum, e. gr. in mutuo præstando, vel alio negotio expediendo, quod & similiter debitori iniquum esset *l. 7. ff. testam. quemadm. aper. cap. 2. X. de fidejuss.*

Th. V. Æquitati inniti prædictam de fide mentita actionem exinde constat, quia ex mora originem trahit, ut si fidem dans statim & convento tempore promissis non satisfacit, interpellatione legitime, i. e. oportuno loco & tempore facta *l. 32. ff. de usur.* (frustra renitente *Æmyl. Ferret. ad l. un. C. de sent. qu. pro eo quod int. prof.* qui interesse

neque ex mora, neque ex facto nasci, sed propter utilitatem & æquitatem contendit.) Quæ interpellatio adeo necessaria est, ut regulariter sine illa, nec geminata promissione, nec etiam juramento (quippe quæ vel animi ac propositi firmitatem saltem designant, vel accessoriam tantum obligationem producant) mora induci possit, *Carpzov. p. 2. c. 30. d. 20. n. 6. & in Respons. lib. 1. tit. 4. resp. 33. n. 19.* Interpellatio autem fit vel *in judicio*, non per solam libelli oblationem, sed litis demum contestationem *per l. 15. ff. rem rat. haber. l. 17. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. l. 1. & 1. C. de usur. & fructib. vel extra judicium*, per privatam denunciationem *d. l. 32. ff. de usur.* hujusque pars virtus in mora constituendi est, atque illius *per l. 12. C. de contrab. & committ. stipul.* Nisi pro forma actus expediendi requiratur decretum judicis, *l. 44. ff. C. de damn. inf.* aut in controversiis accessionum, quæ non ex sola mora debentur, sed lite demum contestata *l. 38. §. 7. ff. de usur.* Insuper quoque requiritur, ut fiat hæc interpellatio testato, i. e. clavis verbis *l. 6. & 9. C. de usur.* neque sufficit creditorem simpliciter saltem dixisse, *indigeo pecunia mea*; nullis aliis adjectis verbis incitationem quandam solvendi inferentibus. Et sufficit unica expressa interpellatio etiam extrajudicialis ad constituendum debitorem in mora, maxime cum debitori, si non à die statim interpellationis, sed litis demum contestationis ad interesse adstringeretur, mora interim sua fidem non servanti lucro futura esset, contra *l. 173. §. 2. ff. de R. I. can. mora Ibid. in 6.* Ex re tamen mora generatur in casu venditionis, ob tardius solutum pretium, perceptosque ab emptore fructus *l. 5. C. de act. emt. l. 2. C. de usur.* Neque in emtione hoc tantum procedit, sed etiam ob rationis paritatem *arg. l. 32. ad L. Aquil.* in aliis contra-

contra-

contractibus, in quibus utrinque obligatio cernitur *Bart. ad d. l. 5. C. de act. emt.*

Th. VI. Quando quis *ad dandum* obligatur, neque obligationi satisfacere satagit, cum tamen id præstare valeat, convenitur ab actore, ut res manu militari, per apparitores scil. vel alios, quibus in executione sententiæ iudex utitur, ministros aufertur, *l. 18. ff. de rei vindic. vid. l. 36. ff. de liberal. caus.* Secus est, si quis *ad faciendum* obligatus sit, tunc ad factum præcise adimplendum regulariter cogi nequit *l. 13. §. 1. de re judic. l. 72. vers. Celsus l. 68. l. 81. l. 84. l. 112. §. 1. l. 114. de V. O.* Nonne autem hoc videtur fides mentita, si, non obstante facta obligatione ad faciendum, promittens ad factum præstandum cogi nequeat, sed sufficiat, si interesse præstet; cum tamen nihil aliud præstari debeat, quam quod in conventionem promissum est, *l. 99. d. V. O. l. 2. §. 1. de reb. cred.* factum scilicet, de quo solo, non autem de interesse conventum est? *Resp.* Quamvis expresse quidem, & quoad verba, facti tantum facta sit mentio, eo tamen ipso dum mens contrahentium respicitur, & quod contrahentes finem suæ stipulationis interesse habeant, *Donell. ad l. 72. n. 46. de V. O.* tacite simul in facti non præstiti eventum de præstando interesse inter se convenisse, lex ipsa, tacitæ huic novationi patrocinians, præsumit *l. ult. ff. si quis in jus vocat. non ierit.* Quo casu ad interesse elapso tempore, quo facere promissor debuit & potuit demum agitur; Hoc enim elapso, deberi incipit præstatio ejus, quod interest *l. 14. l. 72. l. 84. l. 112 §. ult. de V. O.* Habet enim stipulatio ejus, quod interest, conditionem & diem, cum hic tacite obligationi insit: adeo ut nec interim fidejussor teneatur *d. l. 14. de quo extrat Constitutio Provincialis Württembergica p. 2. tit. 17. §. Wenn auch &c.*

ibi : Oder aus seiner Fahrlässigkeit und Saumnus so
 viel Zeit verschienen / daß Er seinem Versprechen nicht
 mehr nachkommen könnte / soll er dem Gegentheil allen
 Schaden ic.

Th. VII. Fidem datam non frangit, multo minus
 actione de fide mentita pulsari potest, factum promittens
 si propter casum, vel alterius culpam contingentem im-
 pediatur, quo minus perficere illud valeat *arg. l. fin. §. 1. ff.*
ad L. Rhod. de jact. omnes enim conventiones sub tacita
 clausula intelliguntur, *rebus sic stantibus.* Excusat etiam
 difficultas, quæ imminens in facto perinde est, ac si fieri
 non posset *l. un. §. 2. ubi gloss. in verb. consentire debet de lib.*
univ. & excusat à pœna l. 10. §. 1. ad L. Rhod. de jact. præsertim
 ea difficultas excusat, quæ contingit post contractam ob-
 ligationem *d. d. l. 0. §. 1. vers. idem juris ff. ad L. Rhod.* cum
 in contractibus verisimilis mens contrahentium observe-
 tur *l. ult. ff. de pignor. oblig.* Ubi autem scivissent difficul-
 tatem verisimiliter non promississent *arg. l. 25. ff. de prob.*

Th. IIX. Solet quandoque à contrahentibus id
 quod interest ab initio definiri, ita, ut si factum sit affirma-
 tivum, adjiciatur pœna negativa, v. gr. promitto &c. & si
 id non fiat, pœnam solvam 500. imperial. vel in facto ne-
 gativo affirmativa, v. gr. non veniam Romam, & si vene-
 ro, solvam &c. Quales pœnales stipulationes confir-
 mandæ obligationis gratia fiunt, ut promissor ad priorem
 promissionem præstandam metu pœnæ magis adstringa-
 tur *l. 38. §. 17. ff. de V. O. §. 18. Inst. de inutil. stipul.* Eoqu-
 calu promissor si fidem non servat, creditor electionem
 habet, an ex priori obligatione, efficaciter contracta re-
 promissam, & in obligationibus faciendi, interesse, an
 vero pœnam petere velit *l. 10. §. 1. de pact. Franzk, exerc. 1*

qu. 9. n. 11. In hoc posteriori casu non utrumque simul, sed alterum tantum peti potest l. 4. §. 7. de dol. mal. except. ita tamen ut, qui poenam consecutus est, recte adhuc peccat, quod pluris sua interest l. 28. ff. de act. emt. Berlich. part. 1. dec. 46. ubi refert, Scabios Lipsienses hunc in modum respondisse: Ob nun gleich der Käufer B. B. euch den Verkauf entrichtet, so ist euch doch das Interesse und Schaden / darein er euch durch sein nicht halten geführet / auf vorgehende Liquidation bey ihme zu fordern unbenommen / vid. l. 115. §. fin. de V. O. Si promissor promissum, cui poena addita, non in totum, sed pro parte datum impleverit, regulariter tota poena committitur l. 85. §. 6. ff. de V. O. quamvis interdum petitioni totius poenae obstat exceptio doli l. 9. §. 1. ff. si quis caution. in jud. Hoc valde controversatur, num in poenis conventionalibus dupli taxationi locus sit? vid. Rebuff. ad l. un. C. de sentent. quae pro eo quod inter profer. Et videtur affirmativa sententia legibus non esse contraria, cum poena conventa nihil aliud sit, quam ejus, quod interest definitio ab ipsis partibus, sive earum pacto facta §. ult. Inst. de V. O. Caball. de eo quod inter. qu. 9. n. 159. Verum negantium opinio verior videtur, scilicet nullis legibus certum modum poenae esse constitutum, quem conventionem excedere non liceat. Neque enim interesse illud conventum, ubi DD. vocant, revera interesse est, neque in jure nostro ita usurpatur, ut de eo Justinianum sensisse probabile non sit. Cum namque omnis conventio edicto Praetoris servanda sit, quae de re privata interposita, neque contra leges est, neque contra bonos mores l. 7. §. 14. de pact. quid huic poenali conventioni obstat, quo minus servanda sit. Nisi poenae nomine quantitas legitimis usuris major in stipulatum deducatur, quales

quales stipulationes pro irritis haberi leges volunt *l. 9. §. 4. ff. de usur. l. 15. §. seq. C. eod. Phil. Decius in lect. ult. n. 72. §. seqq. Facin. 1. contr. 50.*

Th. IX. Neque tamen omni conventioni aut juramento standum est, sed quandoque fidem frangere licet contrahentibus; imprimis si contra jura aliquid placitum est, per *l. 5. C. de legibus §. 16. de pact.* ubi Ulpianus dicit, pactum à jure communi remotum non servandum neque jusjurandum neque stipulationem adjectam illud sustinere. Sic si quis stipulatus esset usuras ultra alterum tantum, ei usuræ ultra alterum tantum non debent solvi, vel si sint solutæ, possunt tanquam indebitæ condici *Hab. ad Wesenb. tit. de condict. indeb. n. 4.* Similiter, si creditor pactus esset, quod pignus nollet unquam vendere; hoc pacto non obstante, quoniam contra substantiam & causam finalem pignoris est, contra fidem datam distraheri valet *l. 4. ff. de pignorat. action.* modo trina denunciatio præcesserit; quo & loco cum Ulpianus dixisset, creditor rem furti obligari si vendat, cum convenit ne vendere addit hanc conditionem, nisi debitori ter fuerit denunciatum. Unde intelligi potest, quomodo sit accipiendum quod alio loco simpliciter dixit, furti eum teneri, si vendat *l. 73. de furt.* Trina tamen ista denunciatio sic accipienda est, non ut eodem tempore ter ita dicatur debitor solve, solve, solve; Sed ita, ut inter singulas denunciations aliquod temporis (quod plerique decem dierum faciunt) intercedat *Donell. cap. 19. tract. de pignor. Neg. membr. 1. part. 6. n. 4.* ita ut trina illa denunciatio non minus quam triginta dies complectatur *arg. l. 21. ff. de const. pec.* Idem dicendum est, si transactio alimentorum cum Prætoze facta quidem est, sed non ex orationis præscriptæ

De qua agitur in §. 17. l. 8. ff. de transact. Si Prætor aditus
 citra causæ cognitionem transigi permiserit, transactio nullius
 erit momenti: Prætori enim ea res quærenda commissæ est, non
 negligenda nec donanda: Sed & si non de omnibus inquisierit,
 quæ Oratio mandat, b. e. de causa, de modo, de personis transi-
 gentium, dicendum est, quamvis de quibusdam quæsierit, trans-
 actionem esse irritam. Quo casu fidem datam frangere li-
 citum est; cum transactio alimentaria, & quæ circa eam
 versatur, Prætoris cognitio formam habeat solennem à le-
 ge præfinitam, cujus ommissio in qualibet ejus parte mini-
 ma totum actum vitiat, ita ut pro nullo habeatur *Vultej.*
consil. Marpurg. vol. 3. consil. 34. n. 36. Pari ratione fidejuf-
 fores fidem datam non coguntur servare, si se in plus ob-
 ligaverint, quam debet is, pro quo obligantur §. 5. *Inst. de*
fidejuss. quia obligatio eorum est accessio principalis obli-
 gationis, non autem plus in obligatione accessoria esse
 potest, quam in principali; nam ratione ejus quod exce-
 dit, esset accessorium sine principali, contra regulam in l.
 129. & l. 178. ff. de R. I. adeoque tale pactum contra bonos
 mores esset neque servandum *Brunnem. ad l. 22. C. de fi-*
dej. Philipp. libr. 3. in cas. practic. instit. eclog. 65. Sic nec
 fidem servare tenetur, qui juravit de re illicita consum-
 manda; Philo enim Judæus dicit: Quisquis objuramen-
 tum injusti aliquid molitur agere, sciat, se non jurisjuran-
 di observantem fore, sed potius everforem jurisjurandi,
 quod magna cura ac religione dignum est, à quo honesta
 ac recta sanciri solent. Neque enim juramentum debet
 esse vinculum impietatis atque iniquitatis c. quando de jure-
 jur. & quod contra bonos mores est, non obligat, vid.
Baldum. lib. 2. c. 9. cas. 4. & seqq. Instar omnium nobis sic
 ob oculos posita l. 15. ff. de conditionib. instit. Quæ facta la-

dunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & generaliter dixerim, contra bonos sunt, nec facere nos possit credendum est. Huc quoque referendum est, si mulier promiserit priori marito, quod nolit denuo nubere: si eam datam frangere, atque sine læsione conscientiae ad secunda vota transire potest, *Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 172. Dn. Praeses in dissertat. de Odio Secund. Nupt. in Coroll.* Pertinet & huc casus, quo in ludens victusque promittit pecuniam solvere, qui fidem frangere, ac conventus pecuniam ludo perditam denegare potest *l. 1. § 2. C. de aleator. Panciroll. lib. 1. thes. var. lect. c. 48.* Contrahens in casu necessitatis & impossibilitatis non tam frangit fidem, quam contra voluntatem suam promissam non servat, quando eo redactus inopiae, ut ad induciarum moratoriarum asylum confugiendum ipse sit, qui licet promissus sit, violentia tamen & impetu belli, incendii, naufragii, ruinae, inundationis, praedonum, tempestatis aut similibus facultatibus eversus stare promissis nequit, modo calamitatem praesentem probet *Rebuff. tr. de liter. dilat. art. 1. gl. 1. n. 12.* quia alias in fraudem apertam creditorum à debitorum sciente se non solvendo & nihilominus contrahente, hoc beneficium impetrari videretur; sicque materia daretur delinquendi *Rebuff. d. l. 35.*

Th. X. Hoc singulare est, quod si venditor fidem habeat de pretio statim certisve temporibus solvendo dominium transferatur ad emptorem facta traditione §. 4. *Inst. de rer. div. nisi dominium, donec pretium solvatur ab emptore, reservetur Duno. decis. noviss. Rota Roman. 221. n. 2.* De qua cautela, & quam utilitatem praeseferat ejusmodi reservatio videri potest *Cœpolla caut. 142. n. 1. Tiraguell. de retract. §. 1. à vendit.* Quid autem si fidem franga

frangat emtor, neque pretium præfixo & determinato tempore solvat? Neque eo casu absque reservatione domini facta jus pristinum scil. dominium ad venditorem revertitur. Quo casu pactum commissarium vendenti utile est, scilicet ut lex adjiciatur, sub verbis directis v. g. nisi pretium solutum fuerit intra præscriptum tempus, res sit inempta, vel liceat eam venditori vindicare, quo casu pretio non soluto, dominium ipso jure ad venditorem redit, l. 4. C. de pact. inter emtor. & vendit. & fides ad datum usque terminum duntaxat habita censetur *Brunnem. ad Wesenb. qu. 2. tit. de leg. commissar.* Sunt tamen statuta certorum locorum, uti est *Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 5. §. 2.* quibus in favorem venditoris propter fidem sibi infractam, in odium frangentis, dominium ad venditorem revertitur, vid. *Fabian. de Monte in tract. de emt. quest. 5. n. 40. seqq.*

CAPVT VIII.

De Fide fracta in Judicio Agentium.

THESIS I.

IN judicio suscipiunt sæpius extraneæ personæ, quas litigium principaliter non concernit, litem defendendam, v. gr. advocati & procuratores. Quibus convenit fidem clientibus datam servare; neque patrocinium uni parti promissum, cognitisque ejus juribus & actis illud reculare alterique & adversæ parti patrocinari possunt *D. Struv. exercit. 7. lb. 10.* ut nec Advocatum, ut fidem fregisse non censeatur, excusat, quod pars, cui prius promisit operam suam, renuerit salarium præstare. Potest enim judicem,

dunt pietatem, exilimationem, verecundiam nostram, & ut generaliter dixerim, contra bonos sunt, nec facere nos posse credendum est. Huc quoque referendum est, si mulier promiserit priori marito, quod nolit denuo nubere: fidem datam frangere, atque sine læsione conscientia ad secunda vota transire potest, *Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 172. Dn. Praeses in dissertat. de Odio Secund. Nupt. in Coroll.* Pertinet & huc casus, quo in ludens victusque promisit pecuniam solvere, qui fidem frangere, ac conventus pecuniam ludo perditam denegare potest *l. 1. § 2. C. de aleator. Panciroll. lib. 1. thes. var. lect. c. 48.* Contrahens in casu necessitatis & impossibilitatis non tam frangit fidem, quam contra voluntatem suam promissam non servat, quando eo redactus inopia, ut ad induciarum moratorium asylum confugiendum ipsi sit, qui licet promissit, violentia tamen & impetu belli, incendii, naufragii ruinae, inundationis, praedonum, tempestatis aut similibus facultatibus eversus stare promissis nequit, modo calamitatem praesentem probet *Rebuff. tr. de liter. dilat. art. 1. gl. 1. n. 12.* quia alias in fraudem apertam creditorum à debitorum sciente se non solvendo & nihilominus contrahente, hoc beneficium impetrari videretur, sicque materia daretur delinquendi *Rebuff. d. l. 35.*

Th. X. Hoc singulare est, quod si venditor fidem habeat de pretio statis certisve temporibus solvendo dominium transferatur ad emptorem facta traditione §. 4. *Inst. de ver. sig. nisi dominium, donec pretium solvatur ab emptore, reservetur Duno. decis. noviss. Rota Roman. 221. n. 2.* De qua cautela, & quam utilitatem praesentem ejusmodi reservatio videri potest *Carpolla caut. 142. n. 2. Tiraguell. de retract. §. 1. à vendit.* Quid autem si fidem franga

frangat emtor, neque pretium præfixo & determinato tempore solvat? Neque eo casu absque reservatione domini facta jus pristinum scil. dominium ad venditorem revertitur. Quo casu pactum commissarium vendenti utile est, scilicet ut lex adjiciatur, sub verbis directis v. g. nisi pretium solutum fuerit intra præscriptum tempus, res sit inemta, vel liceat eam venditori vindicare, quo casu pretio non soluto, dominium ipso jure ad venditorem redit, l. 4. C. de pact. inter emtor. & vendit. & fides ad datum usque terminum duntaxat habita censetur *Brunnem. ad Wesenb qu. 2. tit. de leg. commissor.* Sunt tamen statuta certorum locorum, uti est *Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 5. §. 2.* quibus in favorem venditoris propter fidem sibi infractam, in odium frangentis, dominium ad venditorem revertitur, vid. *Fabian. de Monte in tract. de emt. quest. 5. n. 40. seqq.*

CAPVT VIII.

De Fide fracta in Judicio Agentium.

THESIS I.

IN judicio suscipiunt sæpius extraneæ personæ, quas litigium principaliter non concernit, litem defendendam, v. gr. advocati & procuratores. Quibus convenit fidem clientibus datam servare; neque patrocinium uni parti promissum, cognitisque ejus juribus & actis illud reculare alterique & adversæ parti patrocinari possunt *D. Struv. exercit. 7. lb. 10.* ut nec Advocatum, ut fidem fregisse non censeatur, excusat, quod pars, cui prius promisit operam suam, renuerit salarium præstare. Potest enim judicem,

dunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & si generaliter dixerim, contra bonos sunt, nec facere nos posse credendum est. Huc quoque referendum est, si mulier promiserit priori marito, quod nolit denuo nubere: fidem datam frangere, atque sine læsione conscientiae ad secunda vota transire potest, *Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 172. Dn. Praeses in dissertat. de Odio Secund. Nupt. in Coroll.* Pertinet & huc casus, quo in ludens victusque promisit pecuniam solvere, qui fidem frangere, ac conventus pecuniam ludo perditam denegare potest *l. 1. & 2. C. de aleator. Panciroll. lib. 1. thes. var. lect. c. 48.* Contrahens in casu necessitatis & impossibilitatis non tam frangit fidem, quam contra voluntatem suam promissam non servat, quando eo redactus inopiae, ut ad induciarum mortuorum asylum confugiendum ipsi sit, qui licet promissit, violentia tamen & impetu belli, incendii, naufragii, ruinae, inundationis, praedonum, tempestatis aut similibus facultatibus eversus stare promissis nequit, modo calamitatem praesentem probet *Rebuff. tr. de liter. dilat. art. 1. gl. 1. n. 12.* quia alias in fraudem apertam creditorum à debitorum sciente se non solvendo & nihilominus contrahente, hoc beneficium impetrari videretur, sicque materia daretur delinquendi *Rebuff. d. l. 35.*

Th. X. Hoc singulare est, quod si venditor fidem habeat de pretio statis certisve temporibus solvendo dominium transferatur ad emptorem facta traditione §. 4. *Inst. de ver. sig. nisi dominium, donec pretium solvatur ab emptore, reservetur Duno. decis. noviss. Rota Roman. 211. n. 2.* De qua cautela, & quam utilitatem praesentem ejusmodi reservatio videri potest *Cœpolla caut. 142. n. 1. Tiraguell. de retract. §. 1. à vendit.* Quid autem si fides franga

frangat emtor, neque pretium præfixo & determinato tempore solvat? Neque eo casu absque reservatione domini facta jus pristinum scil. dominium ad venditorem revertitur. Quo casu pactum commissarium vendenti utile est, scilicet ut lex adjiciatur, sub verbis directis v. g. nisi pretium solutum fuerit intra præscriptum tempus, res sit inemta, vel liceat eam venditori vindicare, quo casu pretio non soluto, dominium ipso jure ad venditorem redit, *l. 4. C. de pact. inter emtor. & vendit.* & fides ad datum usque terminum duntaxat habita censetur *Brunnem. ad Wesenb. qu. 2. tit. de leg. commissor.* Sunt tamen statuta certorum locorum, uti est *Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 5. §. 2.* quibus in favorem venditoris propter fidem sibi infractam, in odium frangentis, dominium ad venditorem revertitur, vid. *Fabian. de Monte in tract. de emt. quest. 5. n. 40. seqq.*

CAPVT VIII.

De Fide fracta in Judicio Agentium.

THESIS I.

IN judicio suscipiunt sæpius extraneæ personæ, quas litigium principaliter non concernit, litem defendendam, v. gr. advocati & procuratores. Quibus convenit fidem clientibus datam servare; neque patrocinium uni parti promissum, cognitisque ejus juribus & actis illud recutare alterique & adversæ parti patrocinari possunt *D. Struv. exercit. 7. lb. 10.* ut nec Advocatum, ut fidem fregisse non censeatur, excusat, quod pars, cui prius promisit operam suam, renuerit salarium præstare. Potest enim judicem,

ut compellat partem ad solutionem debiti salarii sibi faciendam adire, *Job. Gutierrez lib. 1. quest. pract. 30. n. 2.*

Th. II. Debet advocatus esse persona honesta, integræ fidei, non infamis. Itaque si advocatus de fide jurata fracta convinci potest, repellitur ab agendo in limine judicii; modo statim exceptio perjurii opponatur, uti habetur *in c. 1. de litis contestat. in 6. per DD. in l. nam & postea ubi Bart. Castr. Alex. de jurejur.*

Th. III. Advocatus ob fidem fractam, quando Clientis sui secreta adversario pandit, aut cum eo colludit *l. 1. C. de advoc. ibique Brunnem.* ut prævaricari, seu prævaricationis crimen commisisse dicatur *l. 3. §. 2. ff. de prævaricat. infamis fit l. 4. ff. eod.* (quod Dnn. Jcti Jenenses intellectum volunt non quod ipso jure fiat infamis, sed prævia causæ cognitione declarandus sit *D. Richter. p. 2. decis. 85.*) & ab officio removetur *l. 5. eod. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. arbitr. qu. cas. 323. n. 5.* Et insuper extraordinarie punitur *Ordin. crim. Carol. V. art. 151.* Sic Ægidius Bossius *in tit. de prævaricat. n. 2.* refert: in civitate Mediolano Causidicum ob prævaricationis crimen publicatione bonorum & exilio ad tempus punitum fuisse. Et Bolognetus *in authent. habita C. ne filius pro patre n. 303.* allegatus per *Roland. à Valle vol. 3. conf. 36. n. 24.* vult Advocatum, jura sui clientis adversæ parti ostendentem in metallum esse damnandum aut deportandum in insulam.

Th. IV. Contra fidem datam agit advocatus causam Clientis in medio litis deserens, & patrocinio sine causa sufficienti renuncians, *Ordin. Camer. p. 1. tit. 62. circa fin.* Non tamen contra fidem agit, si deserit causam Clientis injustam, quando intelligit postmodum talem esse, eam enim jure optimo deserere debet *Ventur. de Valent. Partib. litigios.*

litigios. lib. 2. c. 7. n. 8. & seqq. In generali enim promissione defendendi causam non comprehenditur causa injusta *Gryblander tr. de arte acquir. & conservand. patrimon. liber. cap. 16. n. 239.* etiamsi juramento promiserit, se ad finem litis usque operam prastitutum *arg. c. 66. de R. J. in 6. c. 28. de jurejur.*

Th. V. Fide à principali ceu domino litis fracta, eo quod salarium & honorarium pro merito non solvat, advocatus fidem servare clienti cogi nequit *Christin. vol. 2. decis. 103. n. 3.* Neque enim simpliciter cum cliente de certa summa, nullo habitu respectu, tum ad rem litigiosam, tum ad exitum litis, vel super certo salario annuo prohibitum est pacisci advocato, *arg. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. l. 3. §. 5. C. de postul.* Debetur autem advocato salarium promissum, licet promissio facta sit in casum victoriæ, & causa amicabili compositione transigatur, cum per advocatum non fiet, quo minus causam in iudicium deducat *vid. l. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit.* Si vero Clientis Advocatum ex justa causa ante annum finitum deseruerit, totius anni salarium eidem dare non est obligatus *Flores Diez. de Menalib. 1. quest. 8. §. 1. n. 36.*

Th. VI. Contra fidem datam non agit advocatus, si pro constituto salario ad sententiam usque definitivam patrocinium prastare promisit, pro eodem pretio in iudicio appellationis patrocinium prastare recusans, *per l. 13. §. illud procul dubio ubi Gloss. verb. terminum, & per l. pen. C. de judic.* quam sententiam communem esse tradit *Jason. in l. ita demum n. 8. C. de procurator.* Limitatur tamen in casu, quo generaliter fuit conventum, **bis die End Urtheil gesprochen werden** / quæ locutio in prima solum instantia non potest verificari, *Matth. Coler. p. 2. decis. 0. Carpz. p. 1. c. d. 220.*

dunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & ubi generaliter dixerim, contra bonos sunt, nec facere nos posse credendum est. Huc quoque referendum est, si mulier promiserit priori marito, quod nolit denuo nubere: fidem datam frangere, atque sine læsione conscientia ad secunda vota transire potest, *Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 172. Dn. Praeses in dissertat. de Odio Secund. Nupt. in Coroll.* Pertinet & huc calus, quo in ludens victusque promisit pecuniam solvere, qui fidem frangere, ac conventus pecuniam ludo perditam denegare potest *l. 1. & 2. C. de aleator. Panciroll. lib. 1. thes. var. lect. c. 48.* Contrahens in casu necessitatis & impossibilitatis non tam frangit fidem, quam contra voluntatem suam promissam non servat, quando eo redactus inopia, ut ad induciarum moratoriarum asylum confugiendum ipse sit, qui licet promissit, violentia tamen & impetu belli, incendii, naufragii, ruinae, inundationis, praedonum, tempestatis aut similibus facultatibus eversus stare promissis nequit, modo calamitatem praesentem probet *Rebuff. tr. de liter. dilat. art. 1. gl. 1. n. 12.* quia alias in fraudem apertam creditorum à debitore sciente se non solvendo & nihilominus contrahente, hoc beneficium impetrari videretur, sicque materia daretur delinquendi *Rebuff. d. l. 35.*

Th. X. Hoc singulare est, quod si venditor fidem habeat de pretio statim certisve temporibus solvendo dominium transferatur ad emptorem facta traditione §. 41 *Inst. de ver. sig. nisi dominium, donec pretium solvatur ab emptore, reservetur Duno. decis. noviss. Rota Roman. 221. n. 2.* De qua cautela, & quam utilitatem praesentat ejusmodi reservatio videri potest *Cœpolla caut. 142. n. 2. Tiraguell. de retract. §. 1. à vendit.* Quid autem si fidem franga

frangat emtor, neque pretium præfixo & determinato tempore solvat? Neque eo casu absque reservatione domini facta jus pristinum scil. dominium ad venditorem revertitur. Quo casu pactum commissarium vendenti utile est, scilicet ut lex adjiciatur, sub verbis directis v. g. nisi pretium solutum fuerit intra præscriptum tempus, res sit inempta, vel liceat eam venditori vindicare, quo casu pretio non soluto, dominium ipso jure ad venditorem redit, *l. 4. C. de pact. inter emtor. & vendit.* & fides ad datum usque terminum duntaxat habita censetur *Brunnem. ad Wesenb. qu. 2. tit. de leg. commissor.* Sunt tamen statuta certorum locorum, uti est *Ordinatio Lusitana lib. 4. tit. 5. §. 2.* quibus in favorem venditoris propter fidem sibi infractam, in odium frangentis, dominium ad venditorem revertitur, vid. *Fabian. de Monte in tract. de emt. quest. 5. n. 40. seqq.*

CAPVT VIII.

De Fide fracta in Judicio Agentium.

THESIS I.

In judicio suscipiunt sæpius extraneæ personæ, quas litigium principaliter non concernit, litem defendendam, v. gr. advocati & procuratores. Quibus convenit fidem clientibus datam servare; neque patrocinium uni parti promissum, cognitisque ejus juribus & actis illud reculare alterique & adversæ parti patrocinari possunt *D. Struv. exercit. 7. lib. 10.* ut nec Advocatum, ut fidem fregisse non censeatur, excusat, quod pars, cui prius promisit operam suam, renuerit salarium præstare. Potest enim judicem,

ut compellat partem ad solutionem debiti salarii sibi faciendam adire, *Job. Gutierrez lib. 1. quest. pract. 30. n. 2.*

Th. II. Debet advocatus esse persona honesta, integræ fidei, non infamis. Itaque si advocatus de fide jurata fracta convinci potest, repellitur ab agendo in limine iudicii; modo statim exceptio perjurii opponatur, uti habetur *in c. 1. de litis contestat. in 6. per DD. in l. nam & postea ubi Bart. Castr. Alex. de jurejur.*

Th. III. Advocatus ob fidem fractam, quando Clientis sui secreta adversario pandit, aut cum eo colludit *l. 1. C. de advoc. ibique Brunnem.* ut prævaricari, seu prævaricationis crimen commisisse dicatur *l. 3. §. 2. ff. de prævaricat. infamis fit l. 4. ff. eod.* (quod Dnn. Jcti Jenenses intellectum volunt non quod ipso jure fiat infamis, sed prævia causæ cognitione declarandus sit *D. Richter. p. 2. decis. 85.*) & ab officio removetur *l. 5. eod. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. arbitr. qu. cas. 323. n. 5.* Et insuper extraordinarie punitur *Ordin. crim. Carol. V. art. 151.* Sic Ægidius Bossius *in tit. de prævaricat. n. 2.* refert: in civitate Mediolano Caufidicum ob prævaricationis crimen publicatione bonorum & exilio ad tempus punitum fuisse. Et Bolognetus *in authent. habita C. ne filius pro patre n. 103.* allegatus per *Roland. à Valle vol. 3. conf. 36. n. 24.* vult Advocatum, jura sui clientis adversæ parti ostendentem in metallum esse damnandum aut deportandum in insulam.

Th. IV. Contra fidem datam agit advocatus causam Clientis in medio litis deserens, & patrocinio sine causa sufficienti renuncians, *Ordin. Camer. p. 1. tit. 62. circa fin.* Non tamen contra fidem agit, si deserit causam Clientis injustam, quando intelligit postmodum talem esse, eam enim jure optimo deserere debet *Ventur. de Valent. Partib.*

litigio

litigios. lib. 2. c. 7. n. 8. & seqq. In generali enim promissione defendendi causam non comprehenditur causa injusta *Grypbiander tr. de arte acquir. & conservand. patrimon. liber. cap. 16. n. 239.* etiamsi juramento promiserit, se ad finem litis usque operam praestitutum *arg. c. 66. de R. J. in 6. c. 28. de jurejur.*

Th. V. Fide à principali ceu domino litis fracta, eo quod salarium & honorarium pro merito non solvat, advocatus fidem servare clienti cogi nequit *Christin. vol. 2. decis. 103. n. 3.* Neque enim simpliciter cum cliente de certa summa, nullo habitu respectu, tum ad rem litigiosam, tum ad exitum litis, vel super certo salario annuo prohibitum est pacisci advocato, *arg. l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognit. l. 3. §. 5. C. de postul.* Debetur autem advocato salarium promissum, licet promissio facta sit in casum victoriae, & causa amicabili compositione transigatur, cum per advocatum non fiet, quo minus causam in iudicium deducat *vid. l. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit.* Si vero Clientis Advocatum ex justa causa ante annum finitum deseruerit, totius anni salarium eidem dare non est obligatus *Flores Dix. de Menalib. 1. quest. 8. §. 1. n. 36.*

Th. VI. Contra fidem datam non agit advocatus, si pro constituto salario ad sententiam usque definitivam patrocinium praestare promisit, pro eodem pretio in iudicio appellationis patrocinium praestare reculans, *per l. 13. §. illud procul dubio ubi Gloss. verb. terminum, & per l. pen. C. de judic.* quam sententiam communem esse tradit *Jafon. in l. ita demum n. 8. C. de procurator.* Limitatur tamen in casu, quo generaliter fuit conventum, **bis die End Urtheil gesprochen werden** / quae locutio in prima solum instantia non potest verificari, *Matth. Coler. p. 2. decis. 0. Carpz. p. 1. c. d. 22.*

Th. VII. Cliens ad certam litis quotam quam ad-
 vocato promisit solvendam non tenetur, quoniam pa-
 ctum illud, cum inducat ad calumniandum, ita ut ad vi-
 ctoriam obtinendam utatur deceptionibus & fallaciis sic-
 que ad eam per fas nefasque grassetur, nec de minima litis
 parte in jure est prohibitum *l. 6. §. fin. Et l. 7. ff. mandat.*
Brunnem. ad l. 15. C. de procurat. Salicet. ad l. 15. C. de postul.
n. 1. Imo nec hoc pactum valet, ut advocatus sumtus li-
 tis erogat, ea conditione, ut si vincatur, eos perdat, si
 vincat, partem victoriæ auferat *l. 53. ff. de pact. Gail. 1. ob-*
servat. 44. n. 1. Et seqq. ibique Grav. in conclus. n. 22.

Th. IIX. Pactum vero de palmario seu dono ad-
 vocatis à clientibus suis victoriæ causa extraordinaria gra-
 titudine exhibendo non est illicitum, cum metus calum-
 niæ, & ne advocatus per fas & nefas, atque per mendacia
 & fraudes ad victoriam grassetur, hic non metuatur, &
 præterea cesset concussionis suspicio, propter quam, pen-
 dente lite, pacta & contractus inter clientem & ejus patro-
 num prohibentur *in l. 6. §. 2. C. de postul.* Quid, si immo-
 dica facta sit palmarii promissio mediante juramento,
 cliens fidem datam servare non debet *Jacob. Gotbofr. sr. de*
salar. c. 7. §. 6. idque de jure civili indubium est, *arg. l. 7. §.*
16. ff. de pact. l. 5. in fin. C. de legib. De Jure Canonico illud
 magis videretur controversum *arg. c. cum contingat 28. X.*
de jurejur. cap. quamvis 2. de pact. in 6. Et ibi DD. Attamen
 litigantes dum in casibus non permissis, advocatis suis pal-
 maria promittunt, non tantum advocati, ipsorum cau-
 tiones recipiendo, sed etiam ipsi litigantes, ejusmodi cau-
 tiones præstantes, peccant; maxime cum eo ipso, con-
 tra legum prohibitiones, advocatis ansam, occasionem
 & incitamentum præbeant, ut quocunque modo, licitis
 & illi-

& illicitis mediis, per mendacia, fraudes, corruptiones, per fas & nefas, victoria palmam extorqueant & consequantur, quo ipso etiam lites saepe diu protrahuntur, & multiplicantur; atque non tantum adversarius, sed ipsa quoque respublica saepe graviter læditur. Ne itaque hujus iniquitatis vinculum & calumniarum incitamentum fiat jusjurandum, eoque tertius & ipsa Respublica lædatur, dicendum videtur, quod nec jure Canonico illud obligatorium sit *arg. c. quanto persona 18. c. Et si Christus 26. X. de jurejur. D. Lauterbach. dissert. de palmar. advocat. tb. 26.*

Th. IX. Acturo quandoque obstat juramentum praestitum, ob quod agere impeditur. Itaque fidem juratam fracturus Superiorem adeat necesse est, petatque relaxationem ad effectum agendi; Qualis relaxatio in territoriis Protestantium à Statibus eorumque Consistoriis petitur, uti in Camera usitatum est *Ordin. Camer. p. 2. tit. 24. Recess. Imp. de anno 1654. §. Als sich dann auch. Consist. Elector. Saxon. 36. p. 2.* Cujus relaxationis hic est effectus, ut cum antea ob juramentum non liceat fidem frangere, relaxatione vero sequuta personam suam in judicio habitare possit *Facin. lib. 8. controvers. cap. 61. vers. nam absolutio.* ut ita legitimata sua persona etiam liceat eo in judicio contendere, sua gravamina producere atque probare *Carpz. ad d. const. 36. d. 3. n. 1.* Habet tamen ista relaxatio effectum agendi ad totam causam, ita ut, si agens per sententiam deportet victoriam, aliam relaxationem petere non opus habeat. *Caad. ad l. 57. §. 1. ff. de Verb. Signif.* imo, etiam si ab initio causam principalem respexerit, effectus causæ denegari nequibat *Matth. de Afflict. decis. 322. n. 12.* Quid de hac relaxatione iuramenti, & quod ea non solum in foro soli, sed etiam poli obtineat, *via. Medius in dis. ar. lexam. debit. mop. cap. 9. n. 127. sq.*

Th. X. Quod personas litigantium principales concernit, in iudicio sapius de lite prosequenda cavent, imprimis si contumax sit actor, ut prævia contumaciæ accusatione ulterius non admitti soleat, nisi refusus expensis judicialibus & præstita cautione de lite prosequenda *c. 1. de dol. & contumac. in 6. authent. qui semell. sancimus C. de iudic. Panormitan. in c. causam X. de dol. & contumac. n. 17.* Quod si & in hoc fidem fallat neque prosequatur litem actor, iudex reum absolvere potest.

Th. XI. Judicem quod attinet, in relatione ad munus, cui præfici se passus est, & expresse & tacite interponere solet fidem; Scilicet in primordio litis iurat iudex, quod sine affectibus iudicare, munera recusare (uti Imperialis Camerae Judex & Assesores inter alia iurare tenentur, quod munera nec ipsi, nec per alios accipere velint: Auch von den Parteyen oder jemand anders keiner Sachen halber / so im Gericht hanget / oder hangen werde / keine Gabe / Geschenk / oder einigen Nutz / durch sich selbst oder andere, wie das Menschen Sinn erdencken möchten / zu nehmen oder nehmen lassen / *Ordin. Camer. Imperial. p. 1. tit. 37.*) & uti virum bonum decet, se gerere velit. Quam fidem se servasse Crassus iudex de se gloriatur: *Ita versatus sum in provincia, ut nemo possit vere dicere, assen aut eo plus in muneribus me accepisse, aut mea opera quemquam sumtum fecisse. Biennium jam fui in provincia, si recta meretrix domum meam introivit, aut cujusquam servulus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimato. Cum Roma profectus, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportarunt. L. Gell. in Noct. Att.*

lib. 15. c. 12. Quod si vero non tam merita causarum, quam pecuniarum merita, non jura, sed munera attendat, contra fidem jurato datam facit, & perjurus fit. Quale crimen corruptionis Judicum L. Julia repetundarum puni- tur, ex quo convenitur is, qui in magistratu, potestate, ra- tione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministe- riove publico quid acceperit, quo magis, aut quo minus officium faceret *l. 1. 3. 4. 6. 7. & ult. ff. ad L. Jul. repetund.* Ex jure novissimo *autb. novo jure C. de pœn. judic. qui mal. ju- dic.* Justinianus constituit, ut Judex corruptus pecuniæ, quam eo nomine accepit, duplum fisco præstet, cingulo dignitatis amisso; scilicet si causa pecuniaria fuit; si vero criminalis, confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur, *Perez. add. t. n. 2. D. Richter. add. autb.* In provincia Ul- trajectina vetantur Senatores ulla quantulacunque sint, accipere munera à litigatoribus eorumve procuratoribus. Pœna, si contra fecerint, est ex ordine motio, & coërcitio arbitraria, quam sustinent, non solum si ipsi aliquid acce- perint, sed & uxores, liberi, & familia. *Matth. ad L. Jul. repetund. c. 3. n. 4. Menoch. de arbitr. judic. quest. cas. 342.*

Th. XII. Tacite fidem interposuisse cenletur Ju- dex quod arcana partium nolit manifestare, contra si facit, perfidus imo perjurus reputandus est *vid. can. qui ambulat. §. qu. 5.* Imo nonnullis in locis Scabini conceptis verbis jurant, nolle se ea, quæ in collegio conclusa & decisa fue- rint, ulli manifestare, sed velle potius in sinum suum re- condere & sancte custodire. Atque hinc, quæ ex se ta- cenda fuerant, multo magis propter juramenti religio- nem & numinis in hanc rem invocati metum reticere de- bent *D. Ziegler. Dicastic. concl. 33.* Propterea actione in factum ad interesse vel injuriarum conveniri potest Judex,

Th. X. Quod personas litigantium principales concernit, in iudicio sapius de lite prosequenda cavent; imprimis si contumax sit actor, ut pravia contumaciae accusatione ulterius non admitti soleat, nisi refusus expensis judicialibus & praestita cautione de lite prosequenda *c. 1. de dol. & contumac. in 6. authent. qui semell. sancimus C. de iudic. Panormitan. in c. causam X. de dol. & contumac. n. 17.* Quod si & in hoc fidem fallat neque prosequatur litem actor, iudex reum absolvere potest.

Th. XI. Judicem quod attinet, in relatione ad munus, cui praefici se passus est, & expresse & tacite interponere solet fidem; Scilicet in primordio litis iurat iudex, quod sine affectibus iudicare, munera recusare (uti Imperialis Camerae Judex & Assessores inter alia iurare tenentur, quod munera nec ipsi, nec per alios accipere velint: Auch von den Parteyen oder jemand anders keiner Sachen halber / so im Gericht hanget / oder hangen werde / keine Gabe / Geschenk / oder einigen Nutz / durch sich selbst oder andere, wie das Menschen Sinn erdencken möchten / zu nehmen oder nehmen lassen / *Ordin. Camer. Imperial. p. 1. tit. 37.*) & uti virum bonum decet, se gerere velit. Quam fidem se servasse C. Crassus iudex de se gloriatur: *Ita versatus sum in provincia, ut nemo possit vere dicere, a se aut eo plus in muneribus me accepisse, aut mea opera quemquam sumtum fecisse. Biennium jam fui in provincia, si recta meretrix domum meam introivit, aut cujusquam servulus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimato. Cum Roma profectus, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportarunt. A. Gell. in Noct. Att.*

lib. 15. c. 12. Quod si vero non tam merita causarum, quam pecuniarum merita, non jura, sed munera attendat, contra fidem jurato datam facit, & perjurus fit. Quale crimen corruptionis Judicum L. Julia repetundarum puni- tur, ex quo convenitur is, qui in magistratu, potestate, ra- tione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministe- riove publico quid acceperit, quo magis, aut quo minus officium faceret *l. 1. 3. 4. 6. 7. § ult. ff. ad L. Jul. repetund.* Ex jure novissimo *autb. novo jure C. de pœn. judic. qui mal. ju- dic.* Justinianus constituit, ut Judex corruptus pecuniæ, quam eo nomine accepit, duplum fisco præstet, cingulo dignitatis amisso; scilicet si causa pecuniaria fuit; si vero criminalis, confiscatis omnibus bonis in exilium mittatur, *Perez. add. t. n. 2. D. Richter. add. autb.* In provincia Ul- trajectina vetantur Senatores ulla quantulacunque sint, accipere munera à litigatoribus eorumve procuratoribus. Pœna, si contra fecerint, est ex ordine motio, & coërcitio arbitraria, quam sustinent, non solum si ipsi aliquid acce- perint, sed & uxores, liberi, & familia. *Matth. ad L. Jul. repetund. c. 3. n. 4. Menoch. de arbitr. judic. quest. cas. 342.*

Th. XII. Tacite fidem interposuisse centetur Ju- dex quod arcana partium nolit manifestare, contra si facit, perfidus imo perjurus reputandus est *vid. can. qui ambulat. 5. qu. 5.* Imo nonnullis in locis Scabini conceptis verbis jurant, nolle se ea, quæ in collegio conclusa & decisa fue- rint, ulli manifestare, sed velle potius in sinum suum re- condere & sancte custodire. Atque hinc, quæ ex se ta- cenda fuerant, multo magis propter juramenti religio- nem & numinis in hanc rem invocati metum reticere de- bent *D. Ziegler. Dicastic. concl. 33.* Propterea actione, in factum ad interesse vel injuriarum conveniri potest Judex,

Paris. de Puteo de Syndicat. verb. excedunt. n. 1. Et seq. Sed & ab ordine & loco moveri cum incarceratione vel alia arbitraria pœna hi tales solent *Mattb. Coler. decis. 233.* Durum admodum videtur, quod refert *Sigism. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 87. n. 20.* Franciscum Bellonum Senatorem in civitate Casalís, ex quo sententiam quandam capitalem nondum publicatam revelasset, ultimo supplicio affectum fuisse.

Th. XIII. Testis ad testimonium exhibendum productus, qui juravit se nolle testimonium perhibere, si à Magistratu cogatur jurato deponere, fidem non ita frangit, ut fiat perjurus, quia tale juramentum sine peccato observari nequit, cum celans veritatem peccet mortaliter per *text. in c. 5. diligentis §. fin. de for. compet.* Socin. Jun. *consil. 143 n. 36. vol. 1. vid. supra cap. 7. tb.* Et quod clericus vel Minister Ecclesiæ olim votum fecerit, dicens, se nunquam præstiturum aliquod juramentum, juratæ depositioni non potuerit se subtrahere docet *D. Præses in disputatione sua inaugurali de Juramentis Ecclesiasticis Protestantium tb. f. 34.*

Th. XIV. Non tamen fidem frangit, qui juravit se non revelaturum secreta, & testis productus nihilominus juratum testimonium dicit, veritatem enim dicens & revelans non incidit in perjurium; quia jurans non revelare secreta, aut cogitavit hunc casum tempore juramenti, quod nimirum testis sit futurus super negotio juratæ fidei concredito, & tunc hujusmodi juramentum est temerarium *c. pervenit. de testib. cogend. ibique Gloss. in verb. juramento. Gail. 1. observ. 100.* aut non cogitavit, & juramentum non extenditur ad casum dicendi testimonium veritatis *text. in can. humana artes 22. qu. 5. c. 1. de jurej. in 6.*

Th. XV.

Th. XV. Testis fidem iuratum frangens contraque conscientiam deponens, eaque propter convictus, fit infamis, neque ei amplius creditur *l. 16. ff. de testib.* nam qui semel est periurus, semper peieraturus præsumitur *c. sicut nobis c. c. testimonium de testib.* & testis qui suo periurio alium ad pœnam capitalem fecit damnari, eandem pœnam sustinere debet, quam periurio suo alteri intentavit *Sanct. Crimin. Carol. V. art. 107. vid. Donell. ad tit. de iurejur. c. 9. n. 7. & 8.*

CAPVT IX.

De Fide fracta hostibus, Pyratis & Prædonibus data.

THESIS I.

Videor actum agere, cum supra in Cap. 2. & 3. de tali fidei fractione dixerim; Verum cum ibi de hostibus Reipublicæ, vel Magistratus actum fit, hoc in capite de hostibus privatorum hominum paucis agendum erit, præsertim cum etiam in horum ore versetur illud; dolus an virtus, quis in hoste requirat; fidem propterea non esse servandam, & promissa necessitate reddi irrita; Ut ille, cum fratrem suum se pacta servaturum iurato audiverit affirmantem, dixerit: Atque ego juro vobis, fratrem meum nihil eorum, quæ promisit, præstiturum. Verum hostibus, pyratis & prædonibus fidem datam frangere haud licitum est, cum nihil inter homines majus sit fide, *Bald. in l. 1. n. 2. vers. & nihil majus inter homines ff. de pact.* neque perfidia & fraudibus, sed per legitimos tramites expellendæ sunt hominum sceleratorum iniquitates *text.*

in procem. Inst. in pr. Petr. Prem. in tract. d. securit. promiss. qu. 7. p. 68. vers. minime enim perfidia & fraudibus & c.

Th. II. Hinc, si quis hosti fidem simplicem juramentumve dederit, absque violentia, eam propterea quod hostis sit non solum non frangere, verum nec relaxationem à juramento petere potest; nam iis demum personis, quæ ex juramento obligatæ sunt, relaxatio conceditur, si justam & sufficientem præ se ferant causam; talis autem non censetur hostis aut prædo, cui fides data, cum hostilitate remota nude ad obligationem, qua homo homini devinctus est, & sic ad jus gentium respectus habendus est, quo fides hosti data non desinit esse fides, imo ad jus Canonicum, quo Canonistæ fractorem fidei perjurum dicunt, crimen autem perjurii in omni persona grave est, *Innocent. in 6. apostol. 2. in verb. pejeravit. X. de re judic. in 6.*

Th. III. Hostibus datur fides plerumque præstita cautione de non offendendo; Quæ tamen continet reciprocam fidem ab hoste datam; ita ut si eam rumpat, agi possit adversus hostem eiusque fideiussores, *arg. l. 4. §. 1. ff. de fidejussor. & matud.* Hostis tamen à pace rupta excusatur, allegando novam causam, cum isto casu non solum sufficiat offensio quælibet provocans ad iram etiam non punibilis, sed sufficiat etiam quælibet causa iniusta, & levis *Aug. Baro consil. 185. n. 14. vol. 2. in dubioque semper nova causa præsumatur Socin. Jun. cons. 73. n. 7. vol. 3.*

CAPVT X.

De Fide fracta Delinquentibus data.

THESIS I.

JUDICES fugientibus & ob delictum enorme commissum

sum absentibus etiam bannitis & aliis condemnatis in jus vocatis, ut in iudicio ibique jus suum deducendi causa compareant, securitatem ad instantiam illorum solent promittere, quæ vocatur *salvus conductus*; quale præsidium, præstita à Reo non solum fidejussoribus, sed pignori- bus etiam, veluti de positione pecuniæ in iudicio, nisi bona immobilia ad cautionem sufficientia possideat, & in iis hypothecam judicalem constitui curet, cautione suffici- ente pro averfione periculi carceris vinculoꝝque, ju- rum est *Nov. 17. c. 5. 6. & 7. Sancti. Crimin. Caroli V. art. 76. & Recess. Imper. de anno 1570. §. Wir wollen.* Et hæc de- mum securitas annexam clausulam fidei publicæ, in dorso quasi, ut loquitur *Coler. de process. execut. part. 4. c. 1. num. 236.* securitatem tuto veniendi & recedendi secum fert, non sola citatio *Idem p. 1. decis. 165. n. 5.* ubi circumspectos illos nominat, qui ita citati alieno periculo cauti, præter citationem seorsim etiam cautionem securitatis sigillo ju- dicis roboratam sibi mitti postulant, ac ea accepta demum se citationi parituros profitentur add. *Zanger. de except. p. 2. c. 5. n. 8.*

Th. II. Fides delinquentibus quoad liberum ac- cessum ac recessum data hoc operatur, ut reus non modo secure citra metum incarcerationis, aliusve violentiæ, possit ire & venire ad iudicium, sed & tuto inde recedere *Bartol. ad l. 5. ff. de sepulchr. viol. & ad l. 4. ff. de pæn. in fin.* quanquam disertis verbis hoc, *sicher ab- und zu zu zie- hen* securitati haud fuerit insertum vel expressum, nihil- ominus facultas tam veniendi quam recedendi concessa videtur *Zanger. de except. p. 2. c. 5. n. 17.* cum in fidei datio- ne & concessione securitatis non solum quid concedens, sed etiam quid recipiens verosimiliter cogitaris, inspicien-

in proem. Inst. in pr. Petr. Prem. in tract. d. securit. promiss. qu. 7. p. 68. vers. minime enim perfidia & fraudibus & c.

Th. II. Hinc, si quis hosti fidem simplicem juramentumve dederit, absque violentia, eam propterea quod hostis sit non solum non frangere, verum nec relaxationem à juramento petere potest; nam iis demum personis, quæ ex juramento obligatæ sunt, relaxatio conceditur, si justam & sufficientem præ se ferant causam; talis autem non censetur hostis aut prædo, cui fides data, cum hostilitate remota nude ad obligationem, qua homo homini devinctus est, & sic ad jus gentium respectus habendus est, quod fides hosti data non definit esse fides, imo ad jus Canonicum, quo Canonistæ fractorem fidei perjurum dicunt, crimen autem perjurii in omni persona grave est, *Innocent. in 6. apostol. 2. in verb. pejeravit. X. de re judic. in 6.*

Th. III. Hostibus datur fides plerumque præstita cautione de non offendendo; Quæ tamen continet reciprocam fidem ab hoste datam; ita ut si eam rumpat, agi possit adversus hostem eiusque fideiussores, *arg. l. 4. §. 1. ff. de fidejussor. & matud.* Hostis tamen à pace rupta excusatur, allegando novam causam, cum isto casu non solum sufficiat offensio quælibet provocans ad iram etiam non punibilis, sed sufficiat etiam quælibet causa iniusta, & levis *Aug. Baro consil. 185. n. 14. vol. 2. in dubioque semper nova causa præsumatur Socin. Jun. conf. 73. n. 7. vol. 3.*

CAPVT X.

De Fide fracta Delinquentibus data.

THESIS I.

JUDICES fugientibus & ob delictum enorme commissum

sum absentibus etiam bannitis & aliis condemnatis in jus vocatis, ut in iudicio ibique jus suum deducendi causa compareant, securitatem ad instantiam illorum solent promittere, quæ vocatur *salvus conductus*; quale præsidium, præstita à Reo non solum fidejussoribus, sed pignori- bus etiam, veluti de positione pecuniæ in iudicio, nisi bona immobilia ad cautionem sufficientia possideat, & in iis hypothecam judicalem constitui curet, cautione suffici- ente pro averfione periculi carceris vinculorumque, ju- rum est *Nov. 17. c. 5. 6. & 7. Sanct. Crimin. Caroli V. art. 76. & Recess. Imper. de anno 1570. §. Wir wollen.* Et hæc de- mum securitas annexam clausulam fidei publicæ, in dorso quasi, ut loquitur *Coler. de process. execut. part. 4. c. 1. num. 236.* securitatem tuto veniendi & recedendi secum fert, non sola citatio *Idem p. 1. decis. 165. n. 5.* ubi circumspectos illos nominat, qui ita citati alieno periculo cauti, præter citationem seorsim etiam cautionem securitatis sigillo ju- dicis roboratam sibi mitti postulant, ac ea accepta demum se citationi parituros profitentur add. *Zanger. de except. p. 3. c. 5. n. 8.*

Th. II. Fides delinquentibus quoad liberum ac- cessum ac recessum data hoc operatur, ut reus non modo secure citra metum incarcerationis, aliusve violentiæ, possit ire & venire ad iudicium, sed & tuto inde recedere *Bartol. ad l. 5. ff. de sepulchr. viol. & ad l. 4. ff. de pæn. in fin.* quanquam disertis verbis hoc, *sicher ab- und zu zu zie- hen* / securitati haud fuerit insertum vel expressum, nihil- ominus facultas tam veniendi quam recedendi concessa videtur *Zanger. de except. p. 3. c. 5. n. 17.* cum in fidei datio- ne & concessione securitatis non solum quid concedens, sed etiam quid recipiens verosimiliter cogitatis, inspicien-

Dum sit *Carpzov. in Pract. criminal. p. 3. qu. 112. num. 8.* Et cui data securitatis fides, is nullo modo, neque directe, neque per indirectum vexari debet *Petr. Wesenb. conf. 35. n. 1. Prosper. de Farinac. quest. crimin. 29. n. 3.* Si quid contra fieret, non posset dici securus, & deciperetur reus, si securitati confusus ex captioso partis intellectu pro securitate, quam sperabat exitium ferret *Modest. Pistor. vol. 2. conf. 49. num. 34.*

Th. III. Fides autem pro securitate delinquenti data frangitur, si tempore litis durantis reus in loco iudicii inter suos commorari, negotia sua tractare, & cum amicis atque cognatis super defensione suæ innocentiae deliberare impeditur *Coler. de process. execut. p. 4. c. 1. n. 255.* Pendente enim securitate, quemadmodum appellatione interposita, adversus reum nihil innovandum, sed semel data fides inviolabiliter servanda est *Coler. d. l. n. 228. Menoch. lib. 1. conf. 100. n. 209.* Ubi tamen tenor concessæ securitatis probe venit inspiciendus; Si enim limitate & ad certum tempus, data fuisset, eo elapso, fides amplius non servatur; Ita enim data usque ad præfinitum tempus, per primum terminum iudiciarium tantum durat, & affecturatus tamdiu in loco illo tuto & libere, tam in terminis iudicialibus, quam extra illos versari, præterlapso autem hoc spatio aut termino, nisi statim locum iudicii deserat, seque in libertatem recipiat jure incarcerari potest, *Coler. d. l. n. 242.* Generali huic securitati triduum ferme communiter tribuitur, quo scilicet reus primum ad comparandum, alterum ad tractandum in iudicio, & tertium ad recedendum habet *Carpz. pr. crim. qu. 112. n. 13.* Quod tamen limitatur, nisi dies juridicus diutius duret; quo casu etiam generalem securitatem eo usque extendi debere dic

cit *Carpz. c. l. n. 17.* Vel etiam, si Reus morbo aliave vi majori impediatur, arg. *l. 38. §. 1. ex quib. caus. maj. l. 16. §. 8. de public. in rem act.* tutius tamen agit, si eo in casu prorogationem salvi conductus in tempore petat, quo omne periculum, tutiori hoc remedio averruncetur.

Th. IV. Fidem salvi conductus frangens offendensque eum, qui securitatem impetravit, criminis lætæ majestatis reus quod efficiatur statuunt *Matth. de Afflict. in cap. un. §. 5. & bona committentium 58. tit. qua sunt Regalia in usib. feud. Mynsinger. decad. 5. respons. 44. n. 5.* qui adducunt textum in *l. 1. §. 1. ad L. Jul. Maj. ibi: Vel adversus ejus securitatem committitur.* Juxta quorum sententiam offendens eum, qui securitatem habet, ultimo afficiendus est supplicio, cum gladii pœna crimen lætæ majestatis coerceri soleat *l. 5. in pr. C. ad L. Jul. m. 57.* Sunt tamen, qui tunc demum eum, si ab ipso Principe sive magno ipsius consilio securitatem habentem offendat, in crimen majestatis incidere asserunt; *Petr. Gregor. Tholosan Syntagm. Jur. civil. lib. 35. c. 9. n. 2.* si vero habeat securitatem ab inferiore, pœnam esse arbitrariam, nisi ex ipsa offensione mors subsequuta fuerit, illa enim subsequuta mortis pœna punietur, non vero secuta, arbitrio Judicis pœna relinquenda erit, vid. *Farin. in pract. criminal. lib. 1. tit. 4. qu. 20. n. 13. 15. & 16.* Puto tamen, quod hominem violando salvi conductum non tam ex *L. Julia Majestatis*, sed ex *L. de Sicariis occidens* teneatur *Petr. Prem. de securitat. promiss. qu. 7.* Paulo aliter in hanc rem *Mevius ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 1. art. 11. n. 115.* violationem hanc salvi conductus etiam ad crimen lætæ majestatis referri posse, ait, si cum turbatione imperii sit coniuncta.

Th. V.

Th. V. Contra securitatem datam captus a gravatus non modo relaxari, sed etiam in locum, à quo illi fretus discessit, vel alium, ubi in posterum securus sit, restitui debet *Paris. de Puteo de Syndicat. verb. : Salvus conductus c. 1. sub. n. 1.*

Th. VI. Fides securitatem habenti data tollitur ; tempus ante eius lapsum nisi prorogari curet *Oldenkop. tit. 3. obs. 28. n. 11. & seq.* Si conditio aut modus securitatis annexi non sint adimpleti, tunc reus capi ac detineri potest *arg. l. 41. ff. de fideicom. libert.* Vel, si reus, utpote cui intuitu defensionis securitas data est, iudici delictum sponte & pure absque ulla exceptione fuerit confessus, fides data frangi & statim in carcerem conjici & puniri potest, *arg. l. 56. ff. de judic.* Neque fidem securitatis Judex servare obstrictus est, si Reus novum delictum perpetret, & adversarium suum offendat, cum ipse securitatem violet, *arg. l. 41. C. de transact.* tunc reus incarcerationi & puniri potest, *Carpzov. prax. crim. p. 3. q. 112. in fin.* Nisi iusta interveniente causa, utpote si ad sui defensionem quid commiserit, tunc enim non videtur concessione salvi conductus abusus *Farinac. d. l. 65.* Et fides data desinit esse, si per sententiam reo tortura, vel poena corporis dictetur, nam & tunc cessat salvus conductus vi clausula: **bis etwas peinliche** **erlant.** *arg. Sanct. Crim. Carol. V. art. 76. & 156.* id est, donec vel poena capitali, aut alia corporis afflictiva eum afficiendum aut quaestioni subiiciendum esse Judex pronunciaverit *Carpzov. pract. crimin. qu. 112. n. 62. & seq.* Quaeritur autem, num hoc casu sententia statim executioni tradi possit ; an vero Judex expectare teneatur, donec ea transierit in rem iudicatam ? Posterius affirmat *Moller. lib. 2. semestr. c. 1. n. 2.* Carpzovius vero *c. l. n. 65.* distinguit inter

inter processum inquisitorium & accusatorium, si in hoc condemnatus concedit, si in illo, negat.

Th. VII. Haecenus de ipso Reo saluum conductum impetrante; Quid, si fideiussoribus caverit, & fidem ruperit, neque se sistat, quid de iis statuendum? Respond. Si cautionem iudicatum solvi praestitit, & poena pecuniaria est, pecunia promissa solvenda est a fideiussore, nec non expensae, si in eas quoque condemnatus sit reus *D. Struv. exerc. 47. ib. 40.* Si cavit iudicio sisti, distingv. Aut enim fideiussor promisit Reum certo termino sisti, & sufficit, si sistatur in termino praefixo Reus, non in reliquis: cum actus agentium non operetur ultra intentionem / 3. *§. l. 19. si certum petur l. 16. ff. de acquir. rer. dom.* Aut simpliciter dixit, Reum sisti, tunc si in primo termino sistat fideiussor Reum, ad reliquos non extenditur, cum ea interpretatio sit eligenda, qua fideiussor minus est obligatus *l. semper in obscuris ibique Decius ff. de R. I.* Aut adiectum est, Iudicio sisti toties, quoties opus fuerit, & Iudex mandaverit, & expeditum erit, ut semper & quotiescunque iniunctum fideiussori, vel reus citatus fuerit, sisti debeat *Coler. decis. 107. Excellentiss. Dn. D. Rotb. dissert. d. fideiussorib. delinquent. §. 14. & 15.* Si contra datam fidem se Reus non sistit, commissa poena est.

CAPVT XI. ET VLTIMVM.

*De Fide fracta ab his, qui Ulrpbendam
iurarunt.*

THESIS I.

QVANDO incarcerati, arrestati, aut alias iudiciorum molestias passi, qui iussu Iudicis de non ulciscendo
K erga

erga quempiam carceris, arresti aut alia incommoda perpessa, sed parendo sententiae jurarunt, fidem frangunt, nec prius relaxationem à iuramento petere, si causa non fuerit capitalis, graviter puniuntur abscissione digitorum vel manus, secundum *Sanction. Criminal. Carol. V. art. 108.*

Der eine geschworne Urphed mit Sachen / darum Er das Leben nicht verwircket hat, vorsehlich und freventlich verbrochen / der soll als ein Meineydiger / mit Abhauung der Hand oder Finger, ic. gestrafft werden.

Si vero causa fuerit capitalis, & quis Urphedam fregerit, tum & poena capitali afficiendus *per allegat. art. 108. pr.*

Bricht einer eine geschworne Urphed mit Sachen und Thaten, darum Er unser Käyserl. Rechten / und dieser Ordnung nach / zum Todte ohne das mögte gestrafft werden / derselben Todes, Straffe soll Folge geschehen.

Th. II. Cæterum poena Urphedam jurantis & prima vice redeuntis secundum Jus Electorale Saxonicum *Const. 48. p. 4.* est, quod amputentur duo digiti, non quidem quoad totos, sed quoad priores digitorum articuli. Et quod ita verba *Sanction. Criminal. art. 108.* sint intelligenda, facit favor reorum, qui digitis duobus totis privati nec opera manualia perficere, nec se sustentare alias commode possent *Carpz. p. 4. const. 48. def. 2. & pract. crimin. p. 1. qu. 47. n. 12. 13. & 19.* Idem statuitur in his, qui propter atrocitatem delicti cum fustigatione in perpetuum sunt relegati, ut nempe poena amputationis digitorum puniantur, juxta *artic. 108. Sanct. Crim.* quæ generalis est, ut de hoc casu accipi debeat. Æque enim perjurium committit, eodemque modo peccat, qui cum fustigatione relegatus revertitur, ac is, qui simpliciter relegatus redit. *Carpz. l. c. qu. n. 25.*

Th. III.

Th. III. Eidem, qui juratam fidem *secunda vice* fregit, & relegatus revertitur, fustigatio infligitur, adjecta comminatione ultimi supplicii, si tertia vice redierit. Si *tertia vice*, sprete Judicis commonefactione, territorium, ex quo relegatus, ingressus fuerit, poena ultimi supplicii in eum executioni mandatur *Carpzov. pract. crimin. p. 1. quest. 47. n. 62.*

Th. IV. Reus Urphedam qui juravit fidemque fregit, ac mutilatione digitorum perjurii poenas dedit, ad novum juramentum non facile admittendus est, quia qui semel malus, in eodem genere delicti semper praesumitur talis *c. parvuli qu. 5. 22. c. semel malus de R. I. in 6.* in carceribus potius tamdiu detinendus, donec alia, quam urphedæ sufficienti cautione fidem securitatis exhibeat *Sanct. crimin. art. 176. § 195.* Si tamen nec pignora dare, nec fidejussores possit, juratoria tandem repeti potest *Zepper. discurs. de urphedan. 22.*

Th. V. Fide fracta poenæ jamjam dictæ, tanquam ordinariæ, ob justas causas remittuntur: Utpote, si jurans propter simplicitatem, velut hereditatem percipere existimaverit, aut credita exegisset, ita se nescivisse, *arg. l. 12. §. 3. de lib. caus.* neque intellexisse vim & effectum Urphedæ, aut non probe percepisse verba sententiæ ob strepitum adstantium, tunc ordinaria poena cessante relegatio dictari solet, cum comminatione, fustigatione, aut alius gravioris coërcitionis, si secunda vice repetatur delictum; Vel, si reus relegatus absque præcedente informatione & sententia Jurisperitorum urphedam præstitisset: Si relegatus provinciam, ex qua relegatus, non excefferit; Licet enim perjurus sit frangendo urphedam, quod intra constitutum tempus abire & non reverti promiserit; quia

tamen amputatio digitorum statuta est in eos, qui contra juramentum praestitum revertuntur, is autem, qui provincia non excessit, reversus ac refuga dici nequit, prout hæc omnia latius deducit *Carpzov. pract. crimin. qu. 47. n. 32. 35. 40. 46. 51.*

Hæc sunt, quæ de nobili hoc themate differere lubuit; festinans calamus jussusque Parentis me ad iter accingere filumque abruptere jubent.

T A N T V M !



COROLLARIA.

I.

Sacerdos, cui speciale delictum à confessionario conceditur, nihil revelare debet; & si de facto propalat, propalatio ista nullius est effectus; quoniam jus naturale violat, qui secretum revelat.

II.

Secreta Principis à Consiliariis non detegenda. Unde ii demum ad subeundas legationes admittendi, quorum pectora rimarum minus plena sunt. Fides Legati anterioribus experimentis Principi perspecta esse debet, non in Legatio-

gatione primum discenda. *Freder. de Marselaer de Legat. lib. 1. c. 8.*

III.

Vindictæ cupiditate, ut nihil Republicæ infestius, ita DEO nihil magis odiosum est. Hinc Seneca : *adspice nobilissimarum urbium fundamenta vix notabilia, has ira & vindicta dejecit : Adspice solitudines per multa milliaria absque habitatione desertas, has ira exhaufit ; Adspice tot Duces mali exempla fati, alium ita in cubili confodit, alium intra sacra mensa ira perculsit.*

IV.

Malefida pax connubiis illustrium personarum pangitur : Non raro fides haud colitur, sed fidei tantum color ostentatur. Ejusmodi nuptiæ potius sunt ambitionis præsidium. Sic apud Senecam in *Herc. furient.* Lycus deliberans secum, quomodo partem imperium retineat, ita tandem apud se statuit :

alieno in loco

Haud stabile regnum est : una sed nostras potest

Fundare vires juncta regali face.

Thalamisque Megara ducet è genere inclyto

Novitas colorem nostra.

tamen amputatio digitorum statuta est in eos, qui contra juramentum praestitum revertuntur, is autem, qui provincia non excessit, reversus ac refuga dici nequit, prout hæc omnia latius deducit *Carpzov. pract. crimin. qu. 47. n. 32. 35. 40. 46. 51.*

Hæc sunt, quæ de nobili hoc themate differere lubuit; festinans calamus jussusque Parentis me ad iter accingere filumque abruptum jubent.

T A N T V M !



COROLLARIA.

I.

Sacerdos, cui speciale delictum à confessionario conceditur, nihil revelare debet; & si de facto propalat, propalatio ista nullius est effectus; quoniam jus naturale violat, qui secretum revelat.

II.

Secreta Principis à Consiliariis non detegenda. Unde ii demum ad subeundas legationes admittendi, quorum pectora rimarum minus plena sunt. Fides Legati anterioribus experimentis Principi perspecta esse debet, non in Legatio-

gatione primum discenda. *Freder. de Marselaer de Legat. lib. 1. c. 8.*

III.

Vindictæ cupiditate, ut nihil Republicæ infestius, ita DEO nihil magis odiosum est. Hinc Seneca : *adspice nobilissimarum urbium fundamenta vix notabilia, has ira & vindicta dejecit : Adspice solitudines per multa milliaria absque habitatione desertas, has ira exhaustit ; Adspice tot Duces mali exempla fati, alium ita in cubili confodit, alium intra sacra mensæ ira percussit.*

IV.

Malefida pax connubiis illustrium personarum pangitur : Non raro fides haud colitur, sed fidei tantum color ostentatur. Ejusmodi nuptiæ potius sunt ambitionis præsidium. Sic apud Senecam in *Herc. furient.* Lycus deliberans secum, quomodo partum imperium retineat, ita tandem apud se statuit :

alieno in loco

Haud stabile regnum est : una sed nostras potest

Fundare vires juncta regali face.


Thalamisque Megara ducet è genere inclyto

Novitas colorem nostra.

tamen amputatio digitorum statuta est in eos, qui contra juramentum praestitum revertuntur, is autem, qui provincia non excessit, reversus ac refuga dici nequit, prout hæc omnia latius deducit *Carpzov. pract. crimin. qu. 47. n. 32. 35. 40. 46. 51.*

Hæc sunt, quæ de nobili hoc themate differere lubuit; festinans calamus jussusque Parentis me ad iter accingere filumque abruptum jubent.

T A N T V M !



COROLLARIA.

I.

Sacerdos, cui speciale delictum à confessionario conceditum est, nihil revelare debet; & si de facto propalat, propalatio ista nullius est effectus; quoniam jus naturale violat, qui secretum revelat.

II.

Secreta Principis à Consiliariis non detegenda. Unde ii demum ad subeundas legationes admittendi, quorum pectora rimarum minus plena sunt. Fides Legati anterioribus experimentis Principi perspecta esse debet, non in Legatio-

gatione primum discenda. *Freder. de Marselaer de Legat. lib. 1. c. 8.*

III.

Vindictæ cupiditate, ut nihil Reipublicæ infestius, ita DEO nihil magis odiosum est. Hinc Seneca : *adspice nobilissimarum urbium fundamenta vix notabilia, has ira & vindicta dejecit : Adspice solitudines per multa milliaria absque habitatione desertas, has ira exhaustit ; Adspice tot Duces mali exempla fati, alium ita in cubili confodit, alium intra sacra mensa ira perculsit.*

IV.

Malefida pax connubiis illustrium personarum pangitur : Non raro fides haud colitur, sed fidei tantum color ostentatur. Ejusmodi nuptiæ potius sunt ambitionis præsidium. Sic apud Senecam in *Herc. furient.* Lycus deliberans secum, quomodo partum imperium retineat, ita tandem apud se statuit :

alieno in loco

Haud stabile regnum est : una sed nostras potest

Fundare vires juncta regali face.

Thalamisque Megara ducet è genere inclyto

Novitas colorem nostra.

V.

Subditorum non est in Majestatis mandata, quomodo illa se habeant, inquirere, multo minus, utrum superior egrediatur terminos imperii sui, nec ne, judicare, sed obedire ipsorum est, cum semper præsumtio justitiæ comitetur jussa Superiorum.

F I N I S.

Damit nichts leer bleibe, hat man, so viel der Platz vergönnen will, (Tit.) denen Herren Liebhabern mehrere Dispp. angeben, und darbey dienstlich melden wollen: Daß solche, wie gegenwärtige, ebenmäffig zu Jena in der Hellerischen Buchdruckerey, (mit einem gedruckten Catalogo, der noch viel 1000. Stücke, von allerband in alle Facultäten einschlagende Dispp. in sich fasset,) um billigen Preiß zu haben sind, als:

Thilii de diversorum opificiorum confusione Germaniæ parum proficua adeoque non permittenda.

Tentzelii de eo quod iustum est circa donationes à Principe in filios familias maxime collatas.

Eiusdem de legitimo prædii rustici possessore Saxonico.
Eiusdem de parentum consensus per magistratum circa liberorum sponsalia suppletione.

Eiusdem de iure mercatorum singulari.

Eiusdem de hypotheca tacita, quatenus libros studiorum afficit.

Eiusd

Eiusd. de iure Principis circa delicta eorumq; pœnas.

Eiusdem de eo quod circa Conciones iustum est.

Eiusdem de iure prohibendi quo civitates Saxonicae utuntur.

Eiusdem de probatione & reprobatione bonorum confessorum.

Villingeri de Primipilo.

Vollfaccii de præcipuis nobilium virtutibus.

Uffelmanni de Legatis.

Vicedomini ab Eckstædt Comitis de feudis ligiis.

Ursini de rationariis præfecturarum.

Unrathii de iurisdictione ecclesiastica, nobilibus imperii vigore constitutionibus de pace religionis in districtibus & castris illorum legitime competente.

ab Uffel de hereditate mobiliari personarum illustr.

Urbani de S. R. Imperii Electoribus.

Werenbergii caput historiae iuris publici electorum origo nova methodo demonstrata.

de Wurmbbrand comes forum S. Imperii Romano-Germanici Principum exponens.

Wiederholdtii de prærogativis S. R. I. Elector. Trevir.

Wölckeri de Privilegiis odiosis & pœnalibus.

Waldschmidtii de publica lætitia ob præsentiam imperantis summi.

Eiusdem de differentiis municipiorum Rom. & Urbium German. mediatarum.

Eiusdem de Augusta Imperatoris Archi-Cancellario.

Eiusdem de pactis ganerbinatum.

Eiusdem de feudis castrensis.

Willenbergii de divina ad officia civitatis secularia vocatione.

Eiusdem

Eiusdem de delictis maritimis.

Eiusdem de Vasallo epichæreaco.

Weselii dubium quid vexat, sed firmiter resolut. quæ nempe an moribus hodiern. & ex consuetud. inveter. Vasallus sine domini dir. ac agnator. consensu quasdam feudiparticul. subditis suis in emphyteusin concedere valeat ut nec successores feudal. descendent. vel collateral. illa vindicare queant?

Wagenseilii catalogum imperatorum Francicorum exhibens.

Eiusdem catalogum imperatorum qui post Francico ad interregnum usque imperio German. præfuerunt.

Eiusdem de titulis imperatoris, ejusque insignibus.

Eiusdem de Rom. pontificibus ex Germanorum gente creatis.

Eiusdem de Rege Romanorum.

Wolfarti de eo quod in Germania justum est circa bannum ferinum in alieno territorio.

Weidleri de natali solo legis Salicæ,

a Wolzogen S. R. I Libri Baronis ac Banderesii de conubiis infantum inter illustres maxime frequentatis.

Waitzii de bonis solidorum Brunsvicensium & Lunzburgensium eorumque essentialibus & naturalibus, nec non de differentiis bonorum emphyteuticor. censiticor. contract. libellar. bonorum lassorum actionibusque realibus & personalibus.

Werlhofii de instrumento affecurationis, vulgo Polizza. Accedunt I. instrumenta affecurationis Germanica II. v. d. Hardt de germana polizza origine. III. Michael Richey in eam animadvers.

